

Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES
Google Livres

PRAEFATIO

DE EDITIONIBUS HISTORIARUM HERODOTI
ET DE CODICIBUS MANUSCRIPTIS

ALIISQUE PRAESIDIIS

QUIBUS VEL WESSELINGIUS USUS EST VEL
NOBIS LICUIT UTI.

WESSELINGIUS post ea, quae de Herodoti Vita Scriptisque ab illo disputata in introitu prioris Partis primi huius Tomi nostrae Editionis retuli, reliquam *de Editionibus Historiarum Herodoti Codicibusque manuscriptis* disputationem in hunc modum persecutus est:

*Nunc, inquit, progredi praestat ad Musarum publicatas Editiones: *) quarum princeps Latina, Venetiis anno m. cccc. lxxiv. promulgata, **) Laurentium Vallam, doctissimum virum, multorum olim odio et invidia mersum,*

*) [Indicem Editionum Herodoti eiusque Versionum nonnihil auctiorem Fabriciano-Harlesiano exhibuit Aug. Christ. Borheck in Praefatione suae Editionis, Lemgov. 1808. p. 57-86. S.]

**) [Rariorem illam principem Versionis Laurentianae Editionem, ut multa alia pretiosa literarum monumenta, possidet Bibliotheca publica Civitatis Argentoratensis. De Versionis huius ratione nos in prioris Partis primi huius Tomi introitu nonnihil praefatus sumus. S.]

Praef. T. I. P. II.

auctorem profitetur. *Versio, non sane absurda, quamquam mendosissime descripta, et Interpretis oscitantia saepe aberrans, H. Stephani et aliorum castigationibus purgata, servatur in hunc diem. Quid in ea Pet. Dan. Huëtius, a) quid alii desideraverint, notum est in vulgus. Non omnium tamen culpam Laurentius praestare debet.*) Multa operis, quod primus occupavit, difficultate excusari queunt; plura recidunt in membranas, quas vertendo expressit, bonas quidem, sed in Clione miserabiliter lexas et mancas. Aldus codicem Graecum eo in libro decem prope chartis abundare et Vallae Latina excedere adnotavit verissime. Desunt, quod accepto benivolentia Amplissimi G. Meermannii Veneto interpretationis exemplari conperi, sectiones sive capita tota, aut magna ex parte, XCII. XCIII. XCIV. XCVI. C. CIII. CIV. CV. CVI. CXXI. CXXII. CXXIII. CXXIV. CXXV. CXXVI. CXXVIII. CXXIX., tum universa a cap. 140. usque in cap. 178., denique cap. 199.; itidem ex schedis Archiepiscopi Sancroft et Vindobonensibus, admirabiliter Vallae codici conspirantibus, exulantia. Haesitare memini, uter hiantia Vallae Latina expleverit, Petrus-ne Phoenix, additiones suas Editione Parisina apud Io. Parvum MDX. ambitiose iactans, an Conrad. Heresbachius. Nunc de Petro Phoenice dicta b) retracto. Nullae eius, quantumvis Laurentii Latina, Aldi indicio, bene nosset mutila et defecta, acces-*

a) De Claris Interpret. p. 226.

*) [Conf. Wesselingii Dissertat. Herodoteam. c. VIII. 5. S.]

b) Dissert. Herodot. c. 8. [item in Not. ad Herodot. I. 54, 10.]

siones, additiones nullae. Omnes Heresbachio debentur, commentato ad hunc modum: c) Ad haec in primo libro a nobis adiecta plus minus novem folia, a Laurentio haud scio qua occasione praetermissa; quae certe nemo infitiari poterit, quin illuc pertinerent, ut quod Graecum exemplar atque adeo contextus ipse narrationis tēstentur. Quidquid ergo in sectionibus illis peccatum, Heresbachii est, non Vallae.

GRAECAS Herodoti Musas *primus Venetiis MDII. nitidissime prodire iussit Aldus Manutius*, eo gratiores fore existimans, quoniam multis exemplaribus castigatae, *quae illius verba*, emittebantur. *Neque ea falsus opinione vir sollertissimus fuit. Laeto gratoque eas animo Ioach. Camerarius, eximium doctae Germaniae decus, accepit et sinu fovit; cumque exempla Historiarum d) Herodoti et requiri a studiosis Graecae linguae et non facile reperiri conperisset, auctor fuit Io. Hervagio, ut sua in officina expressa edere vellet. Hortanti praeclaro viro, et egregiam prorsus cum Herodoti vindictis et Ionicae dialecti figuris Praefationem suppeditanti, paruit strenuus et attentus chalcographus, Aldi exemplari Basileae MDXLI. et MDLVII. presse repraesentato. Utriusque, Aldini in primis, dos praecipua est, quod Ionici sermonis formam raro neglexerit, atque elegantissime conplusscula, insequentium temeritate aut mutata aut socordius praeterita, descripserit.*

c) Epistola ad Io. Gogravium, praefixa Edit. Latinae Herodoti anno MDXXXVII.

d) Ex Praefatione edit. Hervagianae Primae.

AMPLIOR H. Stephano gloria ex studio et cupiditate Musas ornandi obtigit. Offensus infida Vallae versione, errores et peccata eius callidissime patefecit, omnemque, praescripta eleganter pro Herodoto ad criminatores Apologia, anno MDLXXI. recognovit. Qua functus opera, Graecum Aldi exemplum recentavit MDLXX., atque iterum MDXCII. adpositis, quae in priore omiserat, Vallae Latinis.*) Rationes instituti laboris sic prodidit: e) Non eas tantum, quas ante, diversas scripturas (ut Graeci διὰ πόρων γραφάς appellant) exhibui, sed et numerum earum auxi, et censura adhibita quasdam exauctoravi; non tamen ita ut amandarem, sed tantum ut loco suo motis alium minus honorificum darem. Ex ipso enim textu, ut hodie mo-

*) [Duas istas *Henr. Stephani* editiones in *Varietate Lectionis* his notis distinximus, ed. Steph. 1. et ed. Steph. 2. S.]

e) In praefatione Editionis Graeco latinae.

**) [Quamquam titulus prioris Editionis *Stephanicae*, quae Graeca sola exhibet, *Herodoti libros* profitetur ex *vetustis exemplaribus recognitos*; tamen nec in eiusdem Editionis, nec in alterius Praefatione mentionem ullam fecit Editor Codicum manuscriptorum a se ad recognoscendos *Herodoti libros* adhibitorum. Quin et in secundae Editionis Praefatione satis etiam discrete professus est,

frustra se ad illum diem vetus exemplar, e quo hi libri corrigi possent, expectasse. Atque, ut dicam quod sentio, videtur mihi *H. Stephanus*, nullum prorsus Codicem manuscriptum, ad cuius fidem *Herodoti Historias* recognosceret, ob oculos habuisse. Quod si quis vero ex me quaerat, unde igitur διὰ πόρων illas hauserit *Stephanus*, quas et in prioris editionis marginibus, et copiosiores etiam in Editionis graeco-latinae oris exhibuit? primum hoc tenendum est, esse illarum *Lectionum marginalium* tria genera. Scilicet, tametsi unicuique earum hanc notam

PRAEFATIO.

▼

ris est vocare, in marginem transtuli. Sed quasdam vicissim maiore dignas honore iudicavi, ideoque illas hinc illuc transtuli. *Inde post Aldum scriptas membranas in consilium misisse, atque ex illis ea sibi et Herodoto elegisse, quae potiora censuerat, adparet; **)* quamquam ~~et~~ de coniecturâ pauca refinxit. Quae quidem libertas laudem potius, quam insultationem ac odiosam criminationem, meruit. Peccaverit vir egregie sedulus in quibusdam: quid illis usu venit, qui schedas omnium emendatissimas ostentarunt? Opus in cuncto hoc genere cura est, quam humana conditio admittit, diligente: ea prudenter insumta, si qui cadant, maligna criminationis traductio abesse debet; et hoc magis, quoniam vetustiores et probiores codices nancisci, fortunae quoddam

ὑποκρίσει (id est, ὑποκρίσει) praefixit Editor, tamen pars earundem non nisi coniecturae sunt, ex quibus mendosas quas ille indicavit Aldinas lectiones corrigendas censuit. Alterum est lectionum marginalium genus earum, quas ex Aldino contextu, tamquam manifestius vitiosas, eiecit Editor, sed tamen in ora adnotandas iudicavit. Denique tertium genus tale est, ut dubitari quidem vix possit esse eas *ex isto libro* ductas; quemadmodum etiam multae ex his, quae loco eiectionum Aldinarum in contextu Stephani exhibentur, haud dubie e vetustis li-

bris ductae sunt. Sed de hoc genere ita statuendum videtur: usum esse Stephanum exemplo quodam sive Aldinae sive Hervagianae Editionis, cuius in marginibus partim lectiones e manuscripto quodam codice, (sive illi plures fuere,) partim vero docti cuiusdam viri Coniecturae ita promissae adnotatae fuissent, ut inærsus subinde ipse Stephanus fuerit, utrum e vetusto codice ducta fuisset aliqua scriptura, an non nisi coniecturae deberetur. Cuius rei quum multa alia mihi visus sum indicia observare, tum illud satis ma-

donum est. non iudicii: propterea vero se vendicare et alios longe post se ponere, profecto illiberale.) At istud ulcus tactum respuit.*

SECUNDAM H. Stephani editionem, priore non prorsus posthâbita, Francofurti anno MDCXIII. Got. Iungermannus [Gothofr. Iungermanus: sic nomen suum ipse scribere consuevit,] iteravit solerte diligentia; textumque, quem vocant. in Capita sive tmemata secuit et distinxit, ac Indicem ad ea, magna quaerentium utilitate, accommodavit; insuper διπλοῦς αὐτῆς ex schedis Palatinis Narrationi de vita Homeri adscripsit, et Λέξιόν τῶν Ἡροδοτέων λέξεων ex MS. Melch. Heimsfeldii Goldasti, ut de Ctesiae fragmentis, eiusdem industria adauctis, nihil addam, nobis dedit. Illam autem viri optimi operam Genevae MDCXVIII. ita reiteraverunt. ut utraque recte cognita ambas te nosse putes. At res secus habet. Editor, aut (si mavis)

nifestum, quod, postquam lib. II. cap. 47. pro vitiosa Aldi scriptura ἀσθενὴς βίου τε τινὰς πλάττοντες ὤς, verissimam hanc, ἀσθενὴ βίου, τραυρίνας πλάττοντες ὤς, posuisset, deinde in posterioris Editionis Praefatione, loco probatissimae huius scripturae, aliam, et eam quidem falsum probabilem. sua de conjectura proposuit: qui si scivisset esse istam ex manuscriptis libris ductam, (sic enim legunt veteres codices propemodum omnes) non erat medio in sole obscuram

lucernam circumspecturus. Caeterum. sicut in Graecis multa rectissime constituit idem Stephanus, sic et de Latina versione hactenus optime meritus est, quod in posteriore editione, in qua Herodoti graecis Vallae Latina adiuncta sunt, pluribus in locis ubi vitiosa Vallae versio est, (praetermissis quidem longe pluribus, quae eiusdem sunt generis,) aptiorem interpretationem in ora adiecit: quo spectat id quod in titulo eiusdem editionis his verbis praedi-

corrector, non utique indoctus, varias Aem. Porti suspensiones orationi inculcavit; alia, neque imprudenter, ex Vallae Latinis correxit; hoc vituperabilis, quod illud consilium occultum habuerit.

PRIUS deinde Iungermanni Francofurtense exemplum non sine corollario recudendum curavit vir praedicatione dignissimus Th. Gale Londini MDCLXXIX. Exornavit illud Chronologiâ Herodoteâ, Indice dictionum Ionicarum, et variantibus lectionibus, laudabili sane studio. Erat illi in oculis et manibus scriptus liber Archiepiscopi Cantuariensis Guil. Sancroft, et Collegii Etonensis alius: ex utroque varia, quamquam in priore subinde peccans, nobiscum communicavit: neque non Athenaeum, Eustathium, Suidam et plures, qui testem Herodotum in rem quam advocarant, aut ab eo aliqua sumserant mutua, sedulo adhibuit. †)

catur, cum Vallae interpretatione Latina ab Henr. Stephano recognita. Eaedem castigationes versionis Laurentianae deinde in editione Iungermanni, et in Londinensi, quae Galeo vulgo tribui solet, in ima ora cuiusque paginae exhibentur. S.]

*) Rusticam Iac. Gronovii importunitatem, qua et in alios doctos viros, et in H. Stephanum ille invectus est, tacito hominis nomine notatam Vir cordatissimus voluit. S.]

†) [Londinensis illa

Editio, quâe Galeo adscribi vulgo solet, cuius Viri tamen ne nomen quidem in fronte compareret, nonnisi privato bibliopolarum consilio fuit suscepta; quibus nihil aliud fuerat propositum, nisi ut verbum de verbo, quidquid Iungermanniana continebat editio, repeteretur: idque consilium illi fideliter quidem, sed tam invidio iniquoque in Iungermanni memoriam animo, tamque inepte callida ratione exsecuti sunt, ut nec in operis titulo, nec usquam

Vere scripsif, infinita esse, quae ope codicis Archiepiscopi instaurari queant: est enim isto in genere praestantissimus. Sed maluit, indicio contentus et voto, ut aliquis oriat, cui otium sit uberius et ingenium ad Herodotea perpurganda, hanc aliis curam tradere.

Ortus est, uti ille optaverat, Iac. Gronovius, cuius in Graecos Latinosque scriptores amor singularis et excellens eruditio in celebritate et omnium ore versatur: Herodotum ad membranas Mediceas, quibus nihil par aut simile arbitratur, diligentissime examinavit: plurimis inde vitiis pristinum nitorem et colorem reddidit,

alibi, ne in fronte Praefationis quidem, quae tota Iungermani est, nomen optimi Viri ediderint. Iamque omnia, unâ cum ipso Indice Iungermani, typis erant excusa, quum commodè se facturos iudicarent iidem homines, si Corollariis saltem quibusdam suam augerent Editionem. Itaque et Chronologiam quamdam Herodoti nescio a quo viro docto conficiendam curarunt, et Thomae Gale, Viro multâ doctrinâ conspicuo persuaserunt, ut et ipse de suo aliquid adiceret. Ille igitur et Glossarium vetus, quod Iungermanus e Goldasti schedis ediderat, multis ex Hesychio, Suida, et Gregorio Corinthio ductis Glossis auxit,

et Variantes illas Lectiones, Wesselingio memoratas, et Notas breves ad Herodotum, vere xar' ἐνδεον, ut ipse proficitur, ex Herodoto suo (id est, ex Herodoti exemplo, cuius oris Notulas illas olim adscripserat) in calcem huius Editionis transfudit: atque haec corollaria reliquo operi iam absoluto ita adiecta sunt, ut proxime ante Indicem, qui iam et ipse impressus erat, collocarentur. Denique quum idem Galeus persuaderi sibi passus esset, ut Dedicatione ad Sancto scripta, Archiepiscopum Cantuariensem, cuius e vetere codice msto praecipuae Variantes Lectiones ductae erant, editionem hanc commendaret emporibus; ea-

allis liquidissimam lucem, et Vallae quoque Latinis, adscriptis Adnotationibus, exactis profecto et eruditis, adpersit Lugduni Batavorum MDCCXV. Magna hinc Gronovio laus et gloria, neque inmerita; quam nimia tamen et paene superstitiosa libri Florentini veneratio nonnihildedecorasse visa est. Non exprobro virulentam dicendi acerbiter, viros praeclaros ex levi culpa, saepe etiam nulla, lacerantem; neque ea ingero, quae docti homines, Küsterus, Berglerus, Bouherius atque alij eius in Adnotationibus desiderarunt: cognitissima ista sunt, haud effectura, ut summi viri, quem docentem iuvenis admiratus fui, labor contemptus negligatur.) Immo*

dem Galei dedicatio, abiecta Iungermani Epistolâ dedicatoriâ, in illius locum suffecta est: quo factum, ut hanc proxime excipiens Praefatio ad Lectorem, quae nomen praefantis nec inscriptum nec subscriptum habet, eam speciem praeferat, quasi idem Thomas Gale eam conscripsisset; quum, verum si quaeris, tota Iungermani sit. Breves illas, quas diximus, Galei Notas, quatenus e cod. Arch. ductae sunt, post certiora ex eodem Codice Excerpta, quibus Wes-selingius usus est, nil opus fuit in hac nostra Herodoti editione verbum de verbo repetere; reliqua partim Varietati Lectionis, partim, sicubi commodum visum erat, Adnotationibus nostris inserta sunt, S.]

*) [De motibus, quos excitavit Gronoviana Herodoti editio, consuli possunt scripta ab Harlesio ad Fabricii Bibl. Graec. T. II. pag. 342. commemorata. Ut vero laudem meretur verecundia, quo suum de tam inepto quam importuno seve, quo olim praeceptore usus erat, iudicium interposuit Wes-selingius: sic incredibile est quam pueriles in nugas stupida illa codicis Medicei veneratio abripuerit hominem, qui vel manifestissimas librarii hallucinationes saepe numero pro genuina Herodoti scriptura et ipse arri-

haec dum scribo, culta ad me Herodoti editio adfertur, Glascuae tot minoribus voluminibus, quot Musae censentur, formis descripta anno MDCLXI., Gronovianam, desectis tamen Adnotationibus, aemulans.

*DE mea editione [sic pergit scribere WESSE-
LINGIUS] non multis agam. Coniecto ante hos
undecim annos in eius consilium cura princeps
conquirendi suppetias Codicum scriptorum
fuit, quam prosper non destituit successus. Pa-
risiis Io. Capperonierius, V. Cl., benivole excer-*

pere non erubuit, et aliis, vellent, nollent, conatus est obtrudere. In quo illud tamen, bonâ Lectorum fortunâ, prudenter ab eodem factum non debet dissimulari, quod quolibet in loco, ubi ex idoli sui praescripto aliquid in graeco exemplo mutavit, continuo simul in ima cuiusque paginae ora eam scripturam adposuit, quam Iungermani atque Stephani editiones exhibuerant: quod ille quidem non tam hoc consilio fecisse videtur, ut aequam legentibus faceret optandi et per se iudicandi potestatem, quam quo facilius certiusque intelligerent lectores quantum sit quod ipse ad restituendam germanam sinceramque auctoris scripturam contulisset. Nec vero est inficiandum,

revera et maximi pretii esse *Mediceum* illum codicem, et permagna in Herodotum merita eiusdem *Iac. Gronovii*; quam plurimos quippe Scriptoris nostri esse locos, qui, quam in superioribus editionibus corrupti aut mutili fuissent, per huius viri industriam ex codicis illius praescripto rectissime fuerint curati et in integrum restituti. Codicem ipsum *Bandinius* in Catalogo Codicum Graec. Bibliothecae Laurentianae T. II. col. 657 seq. his verbis describit: *Herodotus, codex vetustissimus, omni laude maior. --- Membranaceus, in folio minori, seculi X. optime servatus. Tituli librorum uncialibus literis aureisque sunt descripti. Constat foliis scriptis 374. Profitetur ibidem idem Bandinius, de fide Gronovii*

psit a viris doctissimis Menoto et Geinozio ex tribus Regiae Bibliothecae membranis in margi- nes exempli Gronoviani collata, sed parciore, quam speraveram, manu: multa quippe, levissi- mi momenti, sordes et quisquillias opinatus, sciens volensque praeterierat. Hinc mea longe discrepabat sententia. Clariss. D. Ruhnkenium, Lutetiae Parisiorum studiorum caussa tum mo- rantem, litteris adduco et expugno, ut ea usi- bus meis ne negentur. Factum est egregio ami- cissimi viri candore et auxilio, quod tantopere desiderabam, hoc etiam monentis, codicem pri-

in exhibendis variantibus le- ctionibus, quam integerrimam arbitratus fuisset, du- bitare tandem se coepisse, quum vidisset prope finem operis (lib. IX. cap. 120.) codici huic adstrui scriptu- ram Πρωτισιλάω, pro Πρωτι- σίλω quod ibi in codice le- gitur. Quo loco equidem caussae defensionem Grono- vii hactenus suscipere debeo, ut moneam, non diserte il- lum codici huic scripturam Πρωτισιλάω adstruxisse; so- lummodo intactam. qualem superiores dederant editio- nes, reliquisse, quum codi- cis hoc loco scriptura dili- gentiam ipsius observatio- nemque effugisset. Nam, quod cuilibet vel doctissimo diligentissimoque homini in conferendis vetustis codici- bus accidere solet, ut non leviores solum, verum etiam maioris momenti differen- tia aciem eius observatio- nemque subinde praetereant, id nec mirum est, nec cul- pari admodum debet, si idem Iac. Gronovio accidit; qui praesertim ardentior etiam tunc juvenis codicem illum Florentiae non per otium in museo suo potuerat tractare, sed in ipsa Laurentiana bi- bliotheca, sub oculis puto bi- bliothecarii, coactus erat ex- cutere, suasque e spisso vo- lumine notulas ita raptim ac veluti cursim excerpere. Quo magis illi accidere de- buit, (quod non semel, ut Bandinius, sed pluribus in lo- cis observare mihi visussum) ut probas passim codicis le- ctiones fugiente oculo prae- teriret, aut subinde aliud temere pro alio in excerptis

mum, cuius A. index, ingentis esse pretii, et tantae. sive litterarum ductus sive membrana spectentur, pulcritudinis, ut vix alius, quicum comparari possit, inveniat. Debentur eiusdem Capponerii bonae voluntati excerpta ex schedis, seculo xv. exaratis, monasterii S. Remigii congregationis S. Mauri in Francia, priores duo libros et tertii magnam partem complexis: †) tum alia ex codice, in Bibliothecam Regiam novissime illato, in quo ex IX. Herodoti Musis fragmenta haud pauca; denique Αἰζύς Ἡροδότου ex forulis Bibliothecae Sangermanensis, vulgatis olim ex schedis Goldasti longe utiliores.

Quae quidem cum laudabili sollertis viri studio, propter quod illi gratia manebit, colligerentur, commodum ad me vir eruditus et plurimum reverendus Henricus Gally, S. T. P., magnae Britanniae Regi a sacris, invisit. Varios inter iucundosque sermones venit ad Herodotum: vehemens prae me ferebam desiderium codicis Archiepiscopi Guil. Sancroft, Cantabrigiae) asservati, et Galei laudibus adeo celebrati. Tum vir multo humanissimus prolixè auxilium polliceri,*

suis poneret. Sed tanto etiam magis subit mirari, quo pacto, quum post amplius quadraginta annos demum editionem Herodoti esset adgressus, a se impetrare potuerit, ut, quemadmodum Mediceum illum codicem genuinam ubique repraesentare Herodoti scripturam sibi persuaserat, sic et confideret,

nihil in suis notulis esse quin exactissima fide ipsum Mediceum exemplum usquequaque repraesentaret. Caeterum in Varietate Lectionis, quae non minus ex diversis Editionibus, quam e manuscriptis Codicibus, partim a Wesselingio partim a nobis collecta est, Gronovianae editionis, eandem ob causam

nec polliceri tantum, sed et praestare. Abs reduce in Britanniam non multis post mensibus exemplum Galeanae editionis accipio, instructum discrepantibus libri Archiepiscopi scripturis, sollertissima Celeb. Ant. Askew manu enotatis, una cum corollario ex ipsius Askew chartaceo codice annorum ferme quingentorum, primore quidem Musae primae parte manco, sed perutili. Utraque opera mihi iucundissima accidit ob excellentium virorum amicitiam et accuratorem, quanihil supra. Neque non mihi celebranda adfuit ill. Baronis de Swieten in Herodoto adiuvando benignitas; de meo enim instituto per litteras admonitus, promptissime Vindobonensis Bibliothecae schedas Graece perito homini cum edito Genevensi contendendas tradidit, et, quae nobilissimi viri humanitas, transsumta inde ad me officiosissime curavit.

PAR fuisset Amplissimi Cardinalis Quirini benivolentia in promisso ex libris Vaticanis auxilio, nisi mors illud interceptisset, plenissimo tamen favoris in epistola Cl. Assemani super locis quibusdam Herodoteis. Quod illum autem

quam supra memoravi, per raro sit mentio. Scilicet, ubi cumque pro scriptura quadam codex Med. testis advoceatur, ibi fere constanter, nisi diserte secus monuero, intelligi debet, eandem scripturam a Gronovio fuisse adoptatam. S.]

*) [Desinit ille cod. Rem. in Herodoti lib. III. cap. 70.

nt ibi Wesselingius monuit. De Codice Parisiensi quibus complura ex Herodoti Musae Fragmenta continentur. itemque de reliquis Herodoti Codicibus, qui in Bibliotheca Regia servantur, infra nobis erit dicendi locus. S.]

†] In bibliotheca Collegii Emanuelensis. S.]

praestare non siverunt fata, cumulatissime eiusdem loci et dignitatis vir Eminentissimus, Cardinalis Passioneus explevit: namque cognita mea schedarum Vaticanarum cupidine, perhumaniter rescripsit, eas nec admodum bonas, nec priscas videri: esse sua in Bibliotheca, ex Sfortiana profectas, integrioras, nitide pictas et veteres; harum se διατίπους γραφάς mihi non negaturum. Absolvit vir summus, quod receperat, liberaliter; cuius ego excellentem in illo fastigio, dum supererat, humanitatem et erga me studium laudibus ferre et grata mente recolere, desinam nunquam. De libro vera omnia: circa seculum duodecimum in charta Pergamena ab docto scriba exaratus est, praestantia Mediceo nihil cedens, saepe superior. Illorum vero codicum excerptis occupato, atque operi, formis exscribendo, dudum intento, ex Britannia consultissimus I. A. Helvetius editum Iungermanni exemplum transmittit, cuius in margine ex schedis Archiep. et duobus Oxoniensibus adnotamenta, sed dilutiore atramento, saepius plumbo scriptorio, picta, eaque propter in haud paucis ambigua. Tribui illis, quamquam suspensior, neque poenituit, locum, et gratias veteri amico.)*

Et hos quidem manu descriptos Codices, tot diversis locis erutos, non eodem capite manasse, manifestissime conperi. Ubi lacer est et hiascit

*) [Denique ex Veneto bibliothecae S. Marci T. II. p. etiam Codice lectiones non- 169. ductae sunt, nec ultra nullas citavit Wesseling. lib. I. cap. 32. progredien- quae ex Zanetti Catalogo Bi- tur. S.]

Vallae liber, *ibi in Msstis* Archiep., Vindobonensi, et plerisque Vaticanis et Oxoniensibus lacunae. Si quid in his aut praecipuum aut exorbitans, idem apud Laurentium. Conpar in quam plurimis inter Mediceum, Passioneum et Askew Codd., Passioneo in alterutrius lapsu rectum, ut plurimum, tenente, concordia. Ceterorum, quorum continua excerpta haud adspexi, constantem consensionem testari nequeo. Tres priores eodem ex fonte, sive antiquiore membrana, hausti videntur, cuius scriba, fortasse offensus crebris Musae primae excursibus, cunctos imprudenter abscidit, et, ne hiatus taedio forent, nexum seriemque orationis callide aptavit. Ultimi tres aliis ex schedis descenderunt, prudentiorem amanuensem et nihil temere auferentem indeptis, atque ea de caussa commendatiores. Reliquas scripturae differitates, quae sane quam multae, acceptas librariis, Ionicae dialecti veneres communione sermone mutantibus, vocesque optimae notae et earum veteres inflexiones, quod ab usu abierant, pervertentibus, refero. Damnosum illud Herodoto institutum videor mihi saepissime deprehendisse et certissimis documentis in omnium posuisse conspectum. Namque ipsi Scriptori, Musas de novo recensenti, quae quorundam suspicio fuit, discrepantiae notabilis originem non ausim tribuere: atque hoc minus, quoniam in vocabulis, citra dubium pravis, admiranda sed et foeda omnium adparuit conspiratio. *)

*) [Notum est, iam olim Philemonem grammaticum conquestum esse, πολλὰ φείσθαι μέχρι ἰὺν ἀμαρτήματα κατὰ

Quo modo cunque autem se ista habuerint, neglectos et quodammodo contemptos ab Editoribus fuisse Scriptores qui Herodotea advocarunt et exscripserunt, miratus saepe fui. Ex Dionysio mihi Halicarnasseo, Strabone, Plutarcho, Pausania, Stobaeo, Eustathio, et aliis hac de familia, selegeram plurima, publicatis meliora. Vidi deinceps simile Steph. Bergleri, Viri doctissimi, eundem mecum exercentis agrum, propositum. Apud animum is constituerat Th. Galei exemplum nova editione recudere, et, quia ex Msstis deerat auxilium, ex priscorum advocationibus praesidium quaerere: id mihi eius ex libro, huiusmodi citationibus referto et paucis ad primam Musam Notis, Galei animadversionibus subiiciendis, paruit. Studium viri valde fuit industrium, sed in Hermogene et eius Scholiasta, Stobaeo, et Eustathio in Dionysium, quos tum legisse non videtur, claudicans. An vero ad Herodotum recte curandum id suffecerit, f) dixerint alii. Ipsemet, viso Gronoviano, cuius ne meminit quidem, opere, suum abiecit; Adnotationesque, toties ad Alciphronem promissas, animo magis agitavit quam absolvit. Nullas certe, praeter paucas illas, et male cohaerentes, adspexi: boni quidquid inerat, auctori atque observatori tributum est; immo gratus agnosco, pauca Eustathiana, a me praetervisa, ex illius indicio venisse; debeoque adeo memoriae viri doctissimi,

τὴν Ἡρόδοτον συγγραφήν: referente Porphyrio, Quaestion. Homericar. cap. 8. (in Barnesii editione Homeri Vol. I. p. xcii.) S.]

f) Vide Miscellan. Lipsiens. Vol. VIII. p. 295.

pariterque infelicissimi, ut eius ad posteritatem industria cum laude propagetur.

ALIUD consilium Io. Corn. de Pauw, Vir graece doctissimus, sed sui semper arbitrii, amplexus fuit. Unicum illi Th. Galei adfuit exemplum et animi incitatoris inpetus, cuius ope salebrosis Herodoti locis medicinam pro virili fecit, salubrem saepe et probabilem. Cui labori, quod observasse reminiscor, iuvenis admodum, et ante vertentis seculi annum xv. invigilavit. Nulla hinc apud eum in Lugdunensem editorem [Gronovium] animadversio, nulla eiusdem laus, nulla mentio; a qua, bene si illum novi, sibi non temperasset; neque a me dissentient, qui familiarius ipsum variaque eius scripta cognoverunt. Schedas illius, minutissimis pictas litteris, mecum Vir perhumanus, et salutaris artis peritia apud Amstelodamenses celebris, Io. Iac. Ostens communicavit. Compar fuit de Herodoto bene merendi voluntas Io. Iac. Reiskii, viri clarissimi. Ductu sagacis et faecundi ingenii emendationes, sollicitè investigatas, Miscellaneis Lipsiensibus inseruerat. Dedit mihi perafficiose, ut sub incudem revocatis et varie a se mutatis uti liceret; nuper vero iterum iterumque recensitas et correctas publice exstare iussit.) Ingratus forem, nisi utiles mihi, etsi saepius dissentienti, profiterer fuisse. Singuli in hoc studiorum genere gustum quendam habemus, neque eadem omnibus sapiunt.*

*) [Animadversiones ad Herodotum. In Io. Iacobi Reiske Animadversionum ad Graecos Auctores Vol. III. Lipsiae 1761. pag. 81 - 182. S.]

Qua ex libertate nihil incommodi, immo ad veritatem, modo verborum absit contumelia et rixandi pruritus, comodi multum. Illam me amplexum, pro vetere amicitia, non aegre feret vir doctissimus. Laudabit, sat scio, istum animi mei habitum Fr. Lud. Abreschius, *vir Clar., cui varias ad intricatiora Herodoti verba animadversiones et explanationes acceptas fero.* Μεγάλη illi et Reiskio χαρις. *Eiusdem Cl. Io. Ern. Imm. Walchio ob ceras miniatulas eruditissimi Carol. Sam. Schurzleischii, in quibus doctorum virorum, Bocharti, Fabri, Valesii, Vossii et aliorum, de Herodoto non male meritorum, indicia, exscriptas ex Gothana Bibliotheca, debitor sum. Adleverat non multum dissimiles marginibus Hervagiani exempli anni MDXLI. M. Sladus, quas Celeb. Pet. Burmannus Secundus, tallum haud parvus promus condus, meas esse, ut alia multa, voluit, nec non Is. Vossii coniecturas, manu magni Graevii scriptas, et Iac. Ph. D'Orvillii plures. D'Orvillianas serius, opere Herodoteo fini proximo, usurpavi, et magnam partem ad commentarium viri eruditissimi in Charitonem additas intellexi; Vossianas coram mihi olim Clar. Io. Alberti, cuius mortem nondum eluximus, tradiderat.*

SOLIDUM tamen Pet. Burmanni Secundi, viri amicissimi, beneficium: cui et reliquis omnibus laudatissimis hominibus uti debendi reus sum, ita nemo sibi addictum magis et obstrictum me et Herodotum habet, quam L. G. VALCKENARIUS. Namque ut conperto accepit vir diuturna

familiaritate mihi iunctissimus, quid molirer, Observationes, transmisit, et flagitanti, ut continuaret inchoatas et in partem laboris veniret, peramanter adsensus fuit. Haec origo et occasio Adnotationum, praeclarissimae eruditionis ex interioribus litteris adparatu refertarum, quibus haec Editio nitidior et ad posteritatem commendatior procedet. Scripsimus ambo locorum intervallis seiuncti, ille Franequerae. ego Traiecti ad Rhen., acciditque adeo, ut eadem arbitraremur nonnunquam: mea, ubi commodum erat, inducta subinde fuerunt; saepius, ut describendi fastidium vitaretur, relictæ: sed Valckenarii, meo praeconio non indigi, perenni tamen grati animi testificatione celebrandi, omnia integra.

ISTA haecenus WESSLINGIUS: cuius Editio, immensae doctrinae limatissimique iudicii, mira moderatione temperati, immortale monumentum, prodiit *Amstelodami*, anno MDCCCLXIII. hoc titulo: Ἡροδότου Ἁλικαρνησσοῦ Ἱστοριῶν βιβλίον θ'. Ἐπιγραφομένοις Μουσῶσι. *Herodoti Halicarnassei Historiarum libri IX. Musarum nominibus inscripti, Gr. et Lat. ex Laur. Vallae interpretatione, cum Adnotationibus Thomae Galei et Iacobi Gronovii. Editionem curavit et suas itemque Lud. Casp. Valckenarii Notas adiecit Petrus Wesselingius. Accedunt, praeter Vitam Homeri, varia ex priscis Scripto-ribus de Persis. Aegyptiis, Nilo, Indisque Excerpta, et praesertim ex Ctesia. Qua in edi-*

tione, praeter leviora quaedam et facile corrigenda errata, aut si qua sunt alia, de quorum nonnullis in utramque etiam partem disputare licuerit, *) nihil magnopere desiderarunt viri docti, nisi quod in adoptandis passim melioribus lectionibus, quas Codices manuscripti offerebant, tum in corrigendis ex probabili coniectura eis locis qui in cunctis codicibus corrupti sunt, nimis timidus fuerit Editor; ita quidem ut probas multas lectiones, quas in contextum recipere debuisset, non ausus fuerit adoptare, subindeque manifesta etiam vitia atque monstra intacta relinquere maluerit, quam suas aut aliorum emendationes, etiam quas valde ipse probasset, in illorum locum reponere.**) Iam negari quidem non potest, Virum doctissimum perspicacissimumque, quum (quae erat eius moderatio et verecundia) nollet cupidior videri novator, multas passim superiorum editionum lectiones, quae rectius fuissent cum aliis permutatae, sua in sede reliquisse; ac praesertim nonnullas subinde ex his, quas inauspicato Gronovius ex Mediceo codice invexerat, Gronoviani nominis reverentiâ, ne in nimis multis pertinacius ab illo dissidere velle videretur, possessione noluisse depellere. At idem tamen lectiones eas,

*) Pluscula quaedam, minutiora pleraque, aut quae typographi maxime incuriae debentur, et caligantes Editoris aetate provecti oculos (de quibus ipse in fine praefationis conquestus est) effugerant, collecta videas in Reizii praefatione ad suam Herodoti editionem pag. vi.

et seqq. Multa etiam Wesselingius ipse in *Addendis et Emendandis*, quae ad calcem operis adiecta sunt, correxit. **) Vide eiusdem Reizii Praefat. p. xiv. et ad quem ille provocat, *Valckenarium* in *Notis ad Euripidis Hippolyt.* vs. 370. et 952.

quae vulgatis forsitan praeferri debuerant, non modo qualibet in pagina sub contextu positae oculis legentium subiecit; verum etiam saepe numero, partim in ipsa statim *Varietate Lectionis*, partim in *Notis*, haud obscure significavit praefendas illas sibi videri. Quod vero ad coniecturas spectat, in eis (etiam ubi manifeste corrupti esse codices omnes videbantur) ipsum *Wesselingium* in Praefatione vidimus peringenue profitentem, *cautiores se maluisse quam audaciores videri*: et quis non amet, immo admiretur magis quam culpet, praestantissimum Virum suam in hoc genere timiditatem ipsum his verbis accusantem: *) *Novandi de coniectura* (inquit) *Herodoti orationem metus saepe conantem conpescuit, iusto fortasse gravior: at eo sum ingenio.* †)

QUAE adhuc commemoratae sunt Musarum Editiones, earum quaeque (excepta Glasguensi) maioris formae volumine continetur. Anno superioris seculi septuagesimo octavo *Lipsiae* coepta est, octuplicata chartarum forma, in lucem emitti nova *Herodoti* Editio, cuius in fronte editor FRID. VOLGANG. REIZIUS, vir omni humanitatis cultu egregie politus, haec professus est: *Textus Wesselingianus passim refectus; Argumentorum ac tem-*

*) In *Notis* ad Herodot. VI. 28.

†) Editioni suae Herodoti *Wesselingius*, veluti prodromum quemdam, praemiserat librum passim et a Valckenario et a nobis in Ad-

notationibus laudatum; qui hoc titulo, *Petri Wesselingii Dissertatio Herodotea ad Ti. Hemsterhusium V. Cl.*, Traiecti ad Rhenum anno 1758. in lucem editus est.

porum notatio, tabulaeque chronologicae et geographicae additae. Accedunt, volumine altero, Nova interpretatio latina et Index rerum: volumine tertio Animadversiones et Lexicon Herodoteum. Editio quum ad usum quotidianum multis nominibus percommoda, tum tanta cura tantoque studio instituta, ut merito omnes Musarum amici gravissime tulerint quod per Editoris primum cunctationem, dein praematurum obitum, accidisset ut in priore primi voluminis parte, quae *graecum exemplum quatuor priorum Herodoti librorum* complectitur, tota illa opera substituerit. Multo deinde interiecto tempore studiosorum hominum desiderio GODOFR. HENR. SCHAEFER hactenus satisfacit, ut priori parti primi voluminis alteram partem adlitteret, quae *eadem Lipsiae anno MDCCC. prodiiit, graecum exemplum quinque posteriorum Herodoti librorum* comprehendente. Idem Vir clarissimus, cuius eruditae incredibilique industriae dici vix potest quantum sit quod debeat graecarum omne genus literarum, per idem tempus seorsim integram Musarum *indotiv*, nitidissimis typis chartisque conspicuam, suo nomine adornare instituit; cuius primus tomus, priores duas Musas complectens, eodem anno MDCCC. hoc titulo prodiiit: *Herodoti Halicarnassei Historiarum libri IX. Ex optimis exemplaribus emendavit ac Notas criticas adiecit* GOD. HENR. SCHAEFER. Nonnisi suo sermone loquentes Musas producere voluit Editor, latinam versionem nullam huic *indotiv* adiecturus. Secundus tomus, tertiam, quartam quintamque Musam continens, prodiiit anno MDCCC. Tertius tomus, sextum, septimum octavumque librum comprehendens,

annum praefert mcccciii. *) Nec vero ad hunc usque diem prodiit quartus tomus, nonum Herodoti librum cum criticis Editoris Notis exhibiturus; nec Lexicon Herodoteum lucem vidit, quod se parare copiis instructissimum, et Reizianae Musarum editioni sua cura absolvendae adiecturum professus est in brevi Praefatione primo tomo huius editionis praemissa.

IAM quamvis *Schaeferus*, perinde atque *Reizius*, ad emendandum graecum exemplum nullis aliis veterum codicum praesidiis instructus accesserit praeterquam quae Wesselingianae offerebant copiae; tamen uterque, adhibito suo iudicio suisque doctrinae et ingenii copiis, ita illis praesidiis usus est, ut, post immortalia Wesselingii merita, haud parum rursus ab his ipsis duumviris ad restituendam compluribus Herodoti locis integritatem sanitatemque fuerit collatum. Itaque, ut multum passim per *Reizium* profeci, sic saepenumero vel praecedentem *Schaeferum* ultro secutus sum, vel, ubi meam iam sententiam, priusquam illum consulerem, constitutam habueram, gavisus sum quum vidi, id ipsum doctissimo viro placuisse, quod equidem praecae-teris probassem. Ex eiusdem Editoris Praefatione iuvat huc transscribere quae ille de Herodoti ionismo, mecum prorsus consentiens, scripsit. Scilicet, postquam professus est, se initio, *quum primum*

*) In hac Editione liber quintus cum tribus sequentibus absque ulla mutatione (quoad mihi quidem, ambas pluribus in locis inter se comparanti, observare contigit) ad exemplum alterius expressi sunt. Quare in nostra *Varietate Lectionis* utraque *Schaeferi editio* pro una eademque habetur.

Herodoto recensendo manum admovisset, hanc sibi legem scripsisse, ut expulsis formis verborum communibus, etiam tum cum codices tacerent, ionicas sufficeret, eumque morem in prioribus plagulis tenuisse: haec, inquam, postquam professus est, sic scribere pergit: Sed mox instituti me poenisere coepit; planeque cognovi, Herodotum, perinde ac ceteros scriptores graecos, dialectum ad grammaticam ἀπὸ βίου non eā exegisse quae vulgo creditur constantiā atque perpetuitate.

PRIUSQUAM Schaeferus utilem istam operam Herodoto navare coepisset, AUG. CHRIST. BORNECK, in Duisburgensi tunc Academia Historiar. et Eloq. professor, graecam Musarum editionem *Lemgoviae* anno MDCCCLXXXI. scholarum in usum typis exscribendam curavit; quae, quemadmodum ipse in Praefatione alteri editioni praemissa profitetur, quod ad quatuor priores libros attinet, *Reizianam*, in reliquis *Wesselingianam* recensitionem exhibebat; adeoque proprii et novi nihil aut parum offerebat. *) Deinde vero, interiecto septem et viginti annorum spatio, quum interim Schaeferus praecclare de Herodoto meruisset, prodiit anno MDCCCIX. altera eiusdem BORNECKII editio, auctior (ut titulus praefert) et emendatior, tribus modicis vo-

*) Titulum editio illa, *Barheck*. Qui quum *Reizii* referente *Harlesio* ad *Fabric.* nomen, cuius exemplum p. 344. (nam ipse non vidi) presso pede secutus est, in hunc praeferebat: *Herodoti Hælie. et Ctesiae Cnidii quae in titulo libri tacuerit, utrum in Praefatione saltem honorificam huius viri, uti par erat, mentionem fecerit, non habeo compertum; illud vi-*

luminibus constans; de qua in Praefatione haec praedicat auctor: *Est haec editio, nullius prioris repetitio; sed nova eaque accurata recensio, in qua Musas Herodoteas tam ad veterum librorum fidem, (scilicet, quorum lectiones Wesselingius collegerat) quam e coniecturis doctorum virorum, integritati restituere tentavimus.* Hac igitur in editione Vir optimus promiscue, modo Wesselingiani exempli, modo Reiziani aut Schaeferiani, tenuit lectiones: haud raro vero etiam ab his cunctis et a veterum librorum omnium praescripto in diversum discedens, duo haec maxime est secutus; primum, ut in verborum formis, *in scribendis vocabulis* (ut ait ipse) *semper sibi constans auctor* prodiret; alterum, ut quascumque emendationes et coniecturas vel a Wesselingio, vel a Valckenario, in Adnotationibus commendatas vidisset, eas continuo fere cunctas suum in exemplum adoptaret: quo etiam illud pertinet, quod, si qui loci vel ab eodem Wesselingio, vel a Valckenario praesertim, (viro exquisitissime docto, sed qui in hoc genere saepe nimius fuisse videtur) pro spuriiis sunt habiti, eos e contextu prorsus eliminavit, ne adposito quidem ullo facti indicio. In quo tamen illud laudandum, quod, ne nescirent lectores quorum id inter-

di, et saepenumero sum miratus, quo pacto factum sit ut *Larcherus*, qui hac usus est editione, lectiones omnes a Wesselingiano exemplo discedentes, uni *Borheckio* acceptas tulerit, nulla Reizii mentio ne facta, cui illae

debebantur: quo de genere multos locos citatos etiam videas in eiusdem *Larcheri* Indice Rerum et Personarum, T. IX. posterioris editionis gallicae Herodoti versionis, p. 149. voce *Borheck*.

esset, quid quoque loco vel Wesselingii vel Schaeferi praeferat exemplum, in calce operis, tertio volumine, *Varietates lectionis recensitionis Wesselingianae et Schaeferianae* exhibuit. *)

PRAETER Editiones adhuc enumeratas, *partes etiam nonnullae Historiarum Herodoti*, minores aliae, aliae maiores, a doctis quibusdam Viris, scholarum maxime in usum, editae exstant, Notis etiam vel criticis vel ad interpretationem spectantibus illustratae. Quorum virorum opera Scriptori nostro navata quum et alioqui laudanda sit, et a nobis subinde vel in Varietate Lectionis vel in Adnotationibus nostris fuerit memorata; haud erit ab hoc loco alienum, si librorum eorum, quibus *Herodotea* illa continentur, recensum hîc adiecero.

IGITUR in *Io. Matthiae GESNERI Chrestomathia Graeca*, tam utili quam satis noto saepiusque typis recuso libello, exhibetur *Herodoti* amplius satis locus ex lib. I. cap. 23-45. tum duo alii ex lib. II. c. 35-48. et cap. 68-73.

*) Idem Vir industrius, *Chronologia et Crisis Herodoteae* in scriptum, continet *Larcheri* copiosam de Chronologia Herodoti disputationem, ex gallico in latinam sermonem translata. Reliquis quatuor voluminibus exhibetur *Apparatus criticus ad constituendam Lectionis Herodoteae integritatem*: qui quidem apparatus totus partim

A *Reizio* etiam in Chrestomathia Graeca, Lipsiae 1779. edita, quem quidem libellum numquam oculis usurpavi, Eclogas nescio quas ex *Herodoto* insertas fuisse memoratum legi.

Frid. Andr. Stroth, Gymnasii Gothani olim rectoris, *Aegyptiaca*, Gothae anno MDCCCLXXXII. edita, *Herodoti* librum secundum, cum parte tertii, et ex reliquis libris fragmenta quaedam exhibent, ex Wesselingii quidem maxime recensione, sed ita ut religioni sibi non duxerit Editor nonnullis in locis ab ea discedere.

Danielis Wyttenbachii, Viri clarissimi, *Selecta principum Historicorum*, Amstelodami anno MDCCXCIV. in lucem emissa, post ipsum *Introitum* quo *Historias* suas *Herodotus* exorsus est, exhibuit ex libro primo, commodos ad titulos relata, segmenta haecce: cap. 8-12. 23 et 24. 29-33. 74 et 75. 107-130. 178-182. 196-199, tum ex Libro II. cap. 35. et 36. 77. et 7°. 92. 84-91. 123. 148. 149. 124. et 125. 121. denique ex Lib. III. cap. 20-23. 80-82.

IN *Friderici Jacobs Atticis*, quorum altera editio Ienae anno huius seculi nono prodiit,

e Varietate lectionis a Wesselingio collecta, partim ex eiusdem Wesselingii et Valckenarii (rarius ex Gronovii) Adnotationibus, excerptus est. Vix quidquam his adiectum videas, nisi subinde notulam quamdam ex Larcheri commentariis aut ex germanica *Herodoti* versione, cuius auctor *Ioh. Eust. Goldhagen*, ductam, denique scrupulosiorem Aldinae et duarum Camerarii editionum (quae quidem ab illa nondifferunt) collationem, singulos apices et minutissimas quasque orationis distinctiones sectantem.

ex *Herodoto* continentur haec: ex lib. I. cap. 29-33. 59-64. tum ex lib. V. cap. 55 et 56. 62-66. 70-78. 82-87. 96 et 97. 99-105. Ex lib. VI. cap. 102-120, paucis medio praetermissis: tum cap. 132-140. Ex lib. VIII. cap. 49-64. 84-96.

Denique Herodoti Historiarum libros, qui enarrationem pugnarum inter Graecos et Persas complectuntur, graece cum Animadversionibus Halli anno MDCCCIX. edidit Davides SCHULZ, duobus voluminibus; quorum priore graecum exemplum, (in quo quidem Schaeferi maxime recensionem secutum se esse profitetur) posteriore Animadversiones continentur.

Post *Wesselingium* igitur nullus ex *Herodoti* Editoribus alio Codicum manuscriptorum praesidio usus est, praeter eas copias quas offerebat *Varietas Lectionis* ab illo collecta. Ac sunt sane instructissimae copiae, quae *Wesselingio* praesto fuerant: quarum e penu, etiam post operam *Herodoto* ab illo praestitam, haud pauca adhuc ad emaculandum admirabile hoc antiquitatis monumentum decerpi posse haud immerito iudicarunt docti illi Viri, qui post eundem ad curandam novam huius operis editionem accesserunt. Qui quum ex eodem adparatu *Wesselingiano* iam fere, quidquid ille suppeditare praesidii poterat, sublegerint suâque et industriâ et ingenio in *Herodoti* commoda converterint; equidem, postquam ante hos aliquamultos annos *Exterus* vir eruditus, qui tunc temporis institutum Societatis Bipontinae edendis classicis auctoribus regebat, a me postulasset, ut absoluta Athenaci edi-

tionem, omisso Graecitatis Indice, quem editioni illi adiciere atque ita coronidem operi imponere constitueram, instaurandae Editioni Wesselingianae Herodoti hac lege praesiderem, ut, si quid in illa refigendum aut ei adiciendum mihi videretur, eam operam Scriptori huic praestarem; quum hunc a me amoliri laborem frustra essem conatus, illud certe et mecum constitui et *Extero* significavi, nisi *Manuscriptorum* quorundam *Codicum* subsidio, qui ad eum diem nondum fuissent diligenter excussi, adiutus fuisset, numquam me negotium illud esse suscepturum. Itaque, qui pulcre nossem, ex tribus quidem *Parisiensibus Codicibus* excerptas Lectiones *Wesselingium* habuisse, simul vero satis intellexissem non ita comparata fuisse illa excerpta, ut certa fides eis posset haberi, *) non prius manum

*) Lectiones erant ex tribus Regiae Bibliothecae membranarum (ut ait *Wesseling.* in Praef. cuius verba supra exhibuimus: nec vero tres membranas ille nominare debuerat, quum non nisi unus sit membranaceus codex:) in margines exempli Gronoviani a viris doctis *Menoto* et *Geinozio* collatae. Ex inspectione vero Varietatis Lectionis a *Wesselingio* editae, qui in citandis aliorum codicum diligentissime religiosissimeque est versatus, satis adparebat, quum quamplurimis in locis nulla prorsus *Codicum Parisiensium* mentio fiat, multum abesse,

ut ea *ἀκριβεία* et subtilitate, quae desiderio adcurati Editoris satisficiat, confecta fuerint illa excerpta. Quod ipsum etiam *Wesselingius* quum in eadem Praefatione, tum et alibi subinde haud obscure significavit, et postremo in Notis ad lib. IX. cap. 26. disertis etiam verbis conquestus est, se *Codicum Parisiensium* adcurata non usurpasse excerpta. Denique, fuisse illos codices negligentius collatos, *Larcherus* etiam passim in Notis ad gallicum Herodotum (in his VI. 40. et ad VII. 16.) monuit.

admove re constitui recognoscendo *Herodoti* exemplo, quam codices illos eosdem, et si qui alii in Bibliotheca Regia Parisiensi servarentur, ipse meis oculis inspexissem, et quantâ possem maximâ diligentia per otium pertractassem. Praesertim vero cupidus esse debui illum videndi tractandique codicem, qui in Catalogo Bibliothecae Regiae Parisinae ut longe praestantissimus laudatur.*)

ITAQUE, qui complurium annorum multiplici experientia satis cognitum exploratumque habuissem, nullo pacto fieri posse, ut tam adcuratae, quam est optabile, veterum auctorum editiones procurentur, nisi Editor non modo Codicum bonae notae quam plurimorum adcuratissime excerptis Lectionibus posset uti, verum etiam Codices ipsos, eos certe qui melioris prae caeteris notae essent, non dico oculis suis usurpasset, verum per omne tempus, quo in emaculando constituendoque auctoris exemplo occupetur, veteres codices ipsos ad manum sub oculisque haberet; nihil prius et antiquius habui equi-

*) In *Catal. Bibl. Regiae Parisiens.* Tom. II. sub n.^o MDCXXXIII. memoratur *Codex membranaceus* (in fol.) emptus anno Christi 1688. quo continentur *Herodoti Historiarum libri IX.* Is codex (sic ibi pergit qui illum Catalogum confecit) *longe praestantissimus, et quem inspicere operae pretium foret, duodecimo seculo exaratus videtur.* Eundem codicem *Ruhnkenius* (ut supra vidimus) in-

gentis esse pretii Wesselingio confirmaverat. Denique, *permagnum numerum Ionismorum in eodem servatum esse,* monuit *Larcherus* in Praef. T. I. *Herodoti gallicum in sermonem conversi,* pag. xxxvi. edit. sec.

*) Quum ex *Larcheri* Praefatione gallicae *Herodoti* Versioni praemissa intellexissem, habuisse illum penes se ex Regia Bibliotheca tres Codices manuscriptos

dem, quam ut a Conservatore graecorum codicum bibliothecae Parisiensis quibuscumque possem precibus rationibusque iterum iterumque contenderem, ut *Herodoti codices manuscripti*, qui in literario illo thesauro depositi essent, meae fidei industriaeque, quemadmodum olim Appiani, Polybii, aliorumque auctorum codices, parandae novae Editionis Herodoti causa committerentur: quippe mihi persuaseram, hoc consilio codices illos tantâ, quantâ par erat, curâ ac religione servari, ut, si quando homo exstitisset idoneus, qui illis codicibus ad novam procurandam editionem et sciret uti et paratus esset, cuius etiam fides satis fuisset perspecta, ei homini illorum Codicum usura non negaretur.

QUA spe postquam per illorum temporum iniquitatem frustratum me vidi, reliquum fuit, ut circumspicerem si quis esset qui Parisiis meo sumtu vellet ingratum molestissimumque laborem codicum illorum cum exemplo editionis Wesselingianae conferendorum suscipere. *) Ad quod conficiendum negotium

Herodoti, quorum ex uno alteroque subinde etiam Lectiones nonnullas suis in Annotationibus protulit; putaveram equidem, Virum et alioqui diligentissimum, et Herodoti studiosissimum, Codices illos praecipua quadam cura olim cum editione Wesselingiana contulisse, et ex eisdem diligenter excerptas Lectiones in manibus habere. Quare, cognitam habebas Viri doctissimi humanitatem et prolixam bene

merendi de hominibus studiosis voluntatem, per literas cum rogavi, ut illorum Excerptorum in usum nostrae Herodoti editionis mihi copiam facere non gravaretur. Quas ad preces benigne ille respondit, nihil vehementius se cupere, quam desiderio meo satisfacere posse; sed de iusta codicum horum instituenda collatione numquam se cogitasse, non nisi selectis quibusdam in locis subinde eos inspexisse.

peramice mihi operam suam conferente *Boissonado*, clarissimo Viro, repertus est is, quem in Praefatione priori parti huius Tomi praemissa iam nominavi, *Georgiades*, eruditus iuvenis graeco genere natus, qui id munus in se suscipere voluit; de cuius et intelligentia et fide et diligentia idem Boissonadus meus mihi spopondit. Contulit is igitur mei causâ cum Wesselingiano exemplo quinque Herodoti codices, quemque seorsum, ita ut excerptas e singulis codicibus Lectiones (initio ab eo codice facto, qui omnium praestantissimus visus erat) separatim describeret libellis; quo factum, ut de confusione notarum, quibus quisque codex distinctus est, nihil sit timendum: in eoque labore eam et fidem et eruditam industriam, quam in tali negotio summam et maximam postulare aequus aestimator possit, mihi visus est praestitisse. Caeterum, quod initio veritus eram, nec fere aliter fieri poterat, id usu mihi venit, ut in pertractandis his nostris excerptis, et in usum susceptae novae editionis convertendis, haud paucis in locis incertus haeserim. Nam, quum passim lectiones nonnullae ab exemplo Wesselingiano in Parisiensibus codicibus discedentes, quae vel a *Wesselingio* vel a *Larchero* adnotatae sunt, in nostris his excerptis sint praetermissae; eo fit, ut aliis etiam in locis, ubi nullam a contextu Wesselingiano dissensionem *Georgiades* adnotavit, haud satis certus sim, consentiant-ne Parisienses codices (sive omnes, sive nonnulli) cum Wesselingiano exemplo, an dissensum adnotare explorator noster neglexerit.

SUNT autem *Codices Parisienses*, quos nostri caussa exploravit *Georgiades*, hi qui in Catalogo Regiae Bibliothecae hisce sub numeris recensentur.

N.^o *MDCXXXIII.* is de quo paulo ante dixi. *) Hunc Parisiensium omnium Codicum Herodoteorum principem, ut *Larcherus*, **) sic et nos notâ *Paris. A.* et plerumque breviori notâ *Pa.* insignivimus. Quod si, quae de hoc Codice et in Catal. Biblioth. Reg. et a *Larchero* praedicantur, cum his conferas quae *Wesselingius* de suo *cod. Paris. A.* praedicavit; †) iurares eundem esse Codicem. At enim, sicut et alioqui mire confusas subinde apud *Wesselingium* deprehendi codicum Parisiensium notas, sic liquido cognovisse mihi visus sum, quas lectiones ille codici *Paris A.* adscribit, eas e nostro *Paris. C.* ductas esse; et vicissim, quas ille codici *Paris C.* tribuit, ex nostro *Paris. A.* esse petitas; quae quidem confusio nullâ utique doctissimi Editoris culpâ commissa est.

ALTER *Codex Parisienses*, in usum nostrum collatus, quem nos, sicuti *Larcherus*, nota *Paris. B.* et breviori nota *Pb.* distinximus, in Catal. Biblioth. Reg. sub numero *MDCXXXIV.* his verbis describitur: *Codex chartaceus, olim Colbertinus, quo continentur Herodoti Historiarum libri IX. Coniecta ad margines scholia quaedam, eaque non contemnenda. Exaratus anno 1372. Idem Codex a Wesselingio eâdem notâ Paris. B. insignitus est.*

*) Vide supra, p. xxx. ibique not. **) In Praef. p. xxxvi. ed. sec. †) Vide supra, p. xii.

TERTIUS Codex, *Paris. C.* vel *Pc.*, inter Codices Graecos in Catal. Biblioth. Reg. recensetur num. *MDCXXXV*. Chartaceus, exaratus anno 1447. quo continentur *Herodoti Halicarnassei Historiarum libri IX.* in quibus exscribendis (ut ait Catalogi auctor) *librarii diligentiam non immerito desideres. Interdum enim omissae phrasae integrae. Occurrunt tamen aliquando non contemnendae lectiones.* Hac, puto, haud optimae notae fama permotus *Larcherus* hunc Codicem ita penitus neglexit, ut illius nusquam ne mentionem quidem fecerit ullam. Est autem hic codex eiusdem familiae cum eo, quem primo loco nominavi; et licet aetate sit illo recentior, tamen bonitate haud multum eidem cedit; atque usu etiam nobis interdum venit ut probatissimas Lectiones ex illo potuerimus proferre, quas ex altero non reperimus enotatas. Tenet autem haec familia quasi quoddam medium inter codd. *Arch.* et *Vind.* ab una parte, et *Pass. Ask. Med.* et *F.* ab altera; modo ad hos, modo ad illos magis inclinans. Ex eodem autem hoc nostro codice *Pc.* ductas esse eas Lectiones, quas *Wesselingius* nota *Paris. A.* distinguere consuevit, paulo ante monuimus.

QUARTUS noster codex, *Paris. D.* sive *Pd.* quem *Larcherus* item notâ *D.* distinxit, in Catal. Bibl. Reg. num. *MMCMXXXIII.* chartaceus est, anno 1474. exaratus. Praeter *Isocratis* et *Plutarchi* nonnulla, continet *Herodoti Historiarum libros IX.* quibus accedit *Lexicon vocabulorum Herodoto peculiarium*: quod quidem *Lexicon* doleo non fuisse a *Georgiade* nostro cum illo collatum, quod vel a *Wesselingio* vel ab *Iungermano* editum est.

PRAETER quatuor istos Codices, integras Herodoti Musas exhibentes, nostri caussa idem noster sedulus Parisiensium codicum speculator Lectiones etiam quasque notabiles ex Codice Reg. *mcdr.* excerpſit, quo multis cum aliis Graecorum scriptis continetur pars primae Musae Herodoteae, a cap. 1. usque in medium cap. 87. Admodum quidem recens is codex est, quem nos notâ *Paris. E.* sive *Pe.* distinxi-
mus: at, quae quidem ille Herodotea exhibet, ea e probatissimo vetere codice descripta esse cognovi.

DENIQUE, quem *Wesselingius* in Praefatione commemoravit Codicem in Bibliothecam Regiam novissime illatum, quo ex *Herodoti Musis Fragmenta haud pauca* ait contineri, cuius ille passim etiam scripturas in *Var. Lect.* laudavît, eiusdem Codicis in usum nostrae editionis excutiendi, per *Hasii* Viri clarissimi benevolentiam, graecorum Regiae Bibliothecae Codicum msstorum Custodem, copia facta est *Lud. Henr. Heylero* nostrati, erudito iuveui, studiorum caussa Parisiis tunc versanti: qui quidquid hic Codex *Eclogarum* continet ex *Herodoti Musis* excerptarum, id cum exemplo *Wesselingiano* diligenter contulit, discrepantesque ad me transmisit Lectiones. Cuius codicis lectiones sicuti a *Wesselingio* in *Var. Lect.* hac notâ *Fragm. Paris.* distinctae sunt, sic et nos, sicubi nonnullas commemoravimus ab illo praeteritas aut paululum ab his quas ille ediderat discrepantes, eâdem notâ aut breviori hac *Pf.* insignivimus.

Quem *Codicem* notâ *F.* distinxi, membranaceus ille est, olim Florentinus, cuius usuram ad hunc us-


que diem mihi concessam *Creuzero* debeo, et illustris *SCHELLERSHEMII*. beneficio. Vetustatem eius quum ipsa membranarum conditio declarat, tum antiquus scripturae modulus; ita quidem ut prorsus mihi videatur idem ipse Codex esse, cuius *Bern. de Montfaucon* in *Biblioth. Bibliothecar.* T. I. pag. 414. D. his verbis meminit: *Codex elegans X. seculi membranaceus: Herodoti Historiae.* Esse hunc Codicem ex eadem cum *Pass. Ask.* et *Med.* familia, e Lectionibus quas inde protulimus facile adparet. Nec vero e *Mediceo* descriptus est, cum quo de principatu etiam videtur contendere posse; sed e vetustiore fonte derivatus probas multas praefert Lectiones, ubi aut in vitio haeret *Mediceus*, aut ubi nihil certe a *Gronovio* e *Med.* prolatum est, quod a minus proba scriptura, quae olim vulgata erat, discedat.

HERODOTI HISTORiar.

T. I. P. II.

VARIETAS LECTIONIS

IN LIB. I. ET II.



VARIETAS LECTIONIS
IN HERODOTI LIBRO PRIMO.

INSCRIPTIO. 'Ηροδότου Ἱστοριῶν πρώτη. Κλειώ.) In optimo cod. ms. *Arch.*, Galeo teste, singuli Scriptoris nostri libri, omisso *Musarum* nomine, nude sic inscribuntur, 'Ηροδότου Ἱστοριῶν πρώτη, δευτέρα, etc. Atque hoc satis erat: nec enim aliter citant veteres Grammatici, quoties, Herodotum testem advocantes, librum indicare volunt quo legitur quodque testimonium; numerum libri adponunt, Musae nomen tacent. Sic saepe Pollux, IX. 56. X. 22. 23. et 56. sic Athenaeus, III. 15. IV. 27. XI. 107. XV. 61. etc. sic Philemon apud Porphyrium, Quaest. Homer. cap. 8. sic Diogenes Laërt. I. 95. Scholiastes Apollonii Rhod. ad I. 1024. Harpocration in Αἰγίς, in Λυκιουργίς, etc. Stephanus Byz. in Δώριον, et in Ἀμπη, Hesychius in Τάρρα, Suidas in Αἰμασία, in Ναυκραρικά, etc. Etymologus in Γαῦλος et alibi, Gregorius de Dialect. ion. § 59. Phrynichus in Ευστόν, Thomas Mag. in Ἀθυμία, in Ἀλογία, etc. Denique ex cunctis graecis Grammaticis non nisi duo mihi innotuere, qui in citando Herodoti testimonio Musae nomen ediderint; semel idem, quem modo nominavi, Thomas Magister, seculo XIV post C. N. clarus, apud quem in voc. Ἑκὼν legitur Ἡρόδοτος ἐν Πολυμνία, id est, *libro VII*; tum recentissimus auctor Scholii ad Aristoph. Plut. vs. 488. laudans *Herodotum ἐν Θαλαίᾳ*, id est, *libro III*. Ex quo intelligitur, non tam frequenti usu, ut vulgo existimant, receptum olim fuisse, ut singuli *Nostri* libri singularum *Musarum* nomine insignirentur. Nec enim, quum ἐν τῇ πρώτῃ, ἐν τῇ δευτέρᾳ etc. dicunt Grammatici, cum Oudendorpio ad Thomam Mag. (voc. Γίγωνα) nomen Μούσα supplendum est, sed βιβλῷ intelligitur;
Herod. T. I. P. II. A 2

4 VARIETAS LECTIONIS

quemadmodum, ubi in τῷ πρώτῳ, in τῷ δευτέρῳ etc. dicunt, βιβλίῳ vel λόγῳ intelligunt. At, quoniam cod. *Med.* et noster *F.* alique fere omnes mss. in singulorum Herodoti librorum inscriptione, juxta libri numerum, etiam singularum *Musarum* nomen adiectum praeferunt, eo consultius duxi et h. l. nomen *Κλειώ*, et in sequentium librorum fronte reliquarum *Musarum* nomina tenere, quod et in superioribus editionibus cunctis idem factum videmus, et, ex quo typis vulgatus Herodotus est, frequens virorum doctiorum usus ita tulit, ut, ubi Nostri locum aliquem laudant, pro numero libri, *Musam* eam nominant, cuius nomine inscriptus liber est. Denique sunt codices, qui paulo etiam uberiorem primi libri inscriptionem praeferunt: veluti noster *Pe.* qui sic habet, Ἡροδότου ἱστοριῶν πρώτη. Κλειώ. ἡ Κύρου τε καὶ Περσῶν ἡγεμονία: et *Pd.* in quo, Ἡροδότου Ἀλικαρνασσοῦς ἱστοριῶν ἡ Κύρου καὶ Περσῶν ἡγεμονία. βιβλίον α'. Κλειώ. Generalem totius operis titulum codices manuscripti nullum fere praeferunt, qui in hoc praesertim opere eo minus etiam desiderabatur, quod in ipso statim exordio et nomen suum et scribendi consilium professus est auctor. Habet tamen codex noster *Pb.* generalem inscriptionem hanc, Ἡροδότου Ἀλικαρνασσοῦς ἱστορία ἐν ἑννία τμήμασιν, α' καὶ Μούσας καλεῖ. Similique codice usus Aldus, eandem generalem inscriptionem particulari titulo (Ἱστοριῶν πρώτη. Κλειώ.) praemisit: quae inscriptio quum praeter rei veritatem statueret ipsum Herodotum novem suos Historiarum libros novem *Musarum* nominibus condecorasse, merito deseruit eam *Henr. Stephanus*, et eum hac commutavit, quam insequentes editores tenere, Ἡροδότου τοῦ Ἀλικαρνασσοῦς (Ἀλικαρνησσοῦς *Grop. Wess.* et seqq.) ἱστορία, ἡ ἱστοριῶν βιβλία θ' ἐπιγραφόμεναι Μούσαι. In primo totius operis frontispicio *Aldina* editio hunc titulum praefert, Ἡροδότου λόγοι ἑννία, εἰπερ ἑπικαλοῦνται Μούσαι: tum *Musarum* nomina, quo ordine vulgo recenseri solent, adponuntur, in hunc modum:

Μουσῶν ὀνόματα.

Κλειώ.

Εὐτέρπη.

Musarum nomina.

Clio.

Euterpe.

Θάλεια.

Μελπομένη.

Τερψιχόρη.

Ἐρατώ.

Πολύμνια.

Οὐρανία.

Καλλιόπη.

*Thalia.**Melpomene.**Terpsichore.**Erato.**Polymnia.**Urania.**Calliope.*

Caeterum, quod *Aulus Gellius* in Praefatione Noctium Atticar. fuisse auctores ait, qui libris suis *Musarum* nomina inscripserunt, non ille, ut *Gronovius* sibi persuaserat, Herodotum innuit, sed Aurelium Opili-um grammaticum, cuius hominis vanitas ab eodem Gellio lib. I. c. 25. et a Suetonio de Illustrib. Grammat. c. 6. notata est. Nam, quod de Herodoti Musis *Lucianus* praedicat, (in Aët. sive Herodoto, c. 1. et de conscribenda Historia, c. 42.) satis notum est non eum adfirmare, ipsum auctorem novem suis Historiarum libris novem Musarum nomina inscripsisse, sed esse eos honoris causa *Musas* adpellatos ab his, qui eorum auditione lectioneve fuissent delectati. Neque alia sententia est lepidi illius Epigrammatis, quod in H. Stephani Anthol. p. 95. et in Brunckii Analectis T. III. p. 263. num. DXXXII. his verbis legitur :

Ἡρόδοτος Μούσας ὑπιδέξατο τῷ δ' αἶψ' ἐκάστη
ἀντὶ φιλοξενίας βιβλον ἴδμεν μίαν.

PROOEMIUM Auctoris. *Lin.* 1. (Ἡροδότου etc.) Merito *Gronovius* expolit Ptolemaei Hephaestionis commentum, (lib. III. p. 314. ed. Gal.) quod suum fecerat *Galeus* in brevibus ad Herodotum Notis, dicens : „Exordium hoc praemisit Plesirrhous, Herodoti amicus. Quae sequuntur post ἀλλήλοισι, sunt verba Herodoti.“ — Ἀνέφαλος profecto foret liber absque hoc Prooemio, ad quod manifesto refertur id quod initio capitis 1. ait auctor, Περσίων μὲν νυνε οἱ λόγοι Φοίνικας αἰτίους φασὶ γενέσθαι τῆς διαφορῆς. Caeterum satis constat, priscos auctores a professione nominis et a brevi consilii sui expositione scripta sua inchoare solitos.

Ibid. Ἀλικαρνησῆος) Qui haec laudant, *Demetrius Phaler.* περὶ Ἑσμ. c. 17. et 44. Ἀλικαρνησῆος, ut *Aldus* ;

Plutarchus T. II. p. 604. f. Ἀλικαρναστῶς; *Aristides* T. II. p. 181. ed. Jchb. Ἀλικαρναστῆς. In codice Britannico *Archiepiscopi*, et in cod. *Pass.* Ἀλικαρνατῆς. *Wesseling.* — De lectionibus codicis *Passionei*, quem absoluto demum primo Herodoti libro acceperat, in *Ad-dendis* monuit *Wesselingius*. Ἀλικαρναστῆς cum *Pass.* et *Arch.* scribunt nostri codd. *Pb. Pc. Pd.* et *Gregor.* de *Dial. ion.* §. 36. Ἀλικαρναστῆς cum *Aldo* habet *Steph.* eiusque sequaces. Ἀλικαρναστῆς primus edidit *Gronovius* ex *Mediceo* codice, nescio an consentientibus nostris *Pa.* et *Pe.* recte vero. conf. l. 144. et 175. II. 178. III. 4. et 7. Sic etiam geminam literam σ , praecedente η ex Ionum more pro α , constanter tenet noster cod. *F.* qui in terminatione quidem nominis atticam formam aut communem praefert, Ἀλικαρναστῶς, cum ω brevi super ω eadem manu picto. *Ead. lin. ἀπόδεξις*) *Arch. Pass.* et *Vind.* ἀπόδεξις, prave. *Wess.* — Sic et nostri *Pb.* et *Pd.* neglecto jonismo. *lin. 3. θωμματα*) *θωματα* *Arch. Wess.* — *θωμματα* et h. l. et alibi, punctis diaereticis ex Aldina derivatis, exhibebant editiones omnes; et sic in coniugatis vocabulis, *θῶμα, θῶματις, θῶμαζω*, similiterque *ῶτός, τῶτό*. At diaeresin istam (merito improbatam *Hermann*, de Emendand. Graec. Gramm. p. 47. seq. cf. *Schaeff.* ad *Gregor.* de Dialect. p. 419 seq.) nusquam in his vocabulis agnoscunt probati codd. mss. *Pa. Pc. Pe.* et *F.* puto et alii, e quibus haec discrepantia non est enotata l. 4. μὲν Ἑλλῆσι) μὲν ἐν Ἑλλῆσι ms. *Eton.* male. *GALE.* *Ead. l. 4. βαρβάροισι*) *βαρβάρους* *Parisinus B. Wess.* — Haec scriptura e nullo nostrorum codicum Parisiensium enotata est. Sed pro *βαρβάροισιν*, quod vulgo hīc legebatur, *βαρβάροισι* absque ν in fine, quamvis sequatur vox a vocali incipiens, ionico more recte dedere *Pa.* et *Pc.* quos secutus sum. Alii quidem librarii, et eos secuti editores, ex attici communisque sermone usu hiatum fugientes, quum hoc loco, tum saepius alibi, in primore praesertim horum librorum parte, litera ν *ἰφελκυστικῶν* utuntur; sed paulatim adueti ionico mori, adicere illam deinde desiere. Ex compluribus codicum nostrorum locis in-

ter se collatis perquam probabile mihi factum, atque adeo persuasum est, in vetustioribus probatissimisque Herodoti codicibus nusquam in fine vocum, vitandi hiatus caussa, adhibitam illam literam fuisse: quare eandem rationem tenendam in hac editione putavi, de quo semel monuisse sufficiat; nec enim in re tam minuta, et in qua mire fluctuant libri, opus esse videtur quolibet loco adnotare ab utra parte stent vel editi vel manuscripti. Caeterum de hoc Ionismo Herodotico, eiusque discrepantia ab Homérico, conf. quae ab Heynio monita sunt in Excurs. ad Iliadis librum II. T. IV. p. 445. *l. 5. αἰτίαν*) αἰτίαν *Paris. C. Wess., Ead. l. ἐπολέμειαν*) ἐπολέμειον *Par. C.* codex *S. Remigii* et marg. *Stephani. Wess.* — ἐπολέμειον exhibent nostri *Pa.* et *Pc.*

CAP. I. Lin. 1. λόγοι) λόγοι *Plutarch. T. II. p. 856. c. Wess.* — λόγοι pro λόγοι habet etiam noster *Pd.* male. Vide Notas. *Ead. et seq. Φοίνικας αἰτίους* Φασὶ γενέσθαι τῆς διαφορῆς) Placuit haec verborum series, quam dedere *Pa. Pc.* et *F.* quibuscum forsitan et alii codices consentiunt, sed haec talia enotare neglexerunt qui eos excussere. Similiter fere hunc locum citat Ptolemaeus Hephaest. lib. III. p. 314. Περίων οἱ λόγοι Φοίνικας αἰτίους γενέσθαι Φασὶ τῆς διαφορῆς. Vulgo, Φοίνικας Φασὶ γενέσθαι τῆς διαφορῆς αἰτίους. *l. 4. τοῦτον τὸν*) τόνδε τὸν non absurde *Arch. Wess.* — Paulo post tamen in τοῦτον τὸν χρόνον consentiunt libri. *l. 5. μακρῆσι*) Quum μακρῆσιν esset editum, ex *Pd.* enotata est prava quidem scriptura μακροῖσι, unde illud tamen intellexi, literam, et finalem h. l. ab illo libro abesse. Sic paulo ante, pro οἰκίσουσιν, ex *Pc.* enotatum οἰκίσουσι. *l. 6. δὲ φορτία*) Defuit δὲ in *Vindob.*, nec fuit olim in *Archiep.*; adscriptum enim est. *Wess. l. 7. ἄλλη χώρα*) Deest χώρα *Pe. l. 8. τῶν ἐν τῇ*) τῶν ἐν caret *Pd. l. 11. ἡμέρη*) ἡμέρα male, *Vindob. Wess.* — Sic et *Pe. Ead. l. ἀπίκοντο*) ἀπίκατο *ed. Schaef. et Borh.* commodè quidem, (ionicà formà plusquamperfecti, quae cap. 2, 11, ex mssis recepta est) sed iuvitis h. l. libris, qui aoristum tenent omnes. Utralibet verbi forma promiscue uti licuerat Herodoto. *l. 11. ἐξυπολημένον*) ἐξυπωλημένον *Pc. Mox,*

pro σφι, quod inde ab Aldo constanter hic editur, habent σφι *Pa. Pb.* et σφι cum accentu ms. *F.* *l.* 13. βασιδῆος) βασιδῆος contra morem *Paris. B. Wess.* — Sic nostri *Pb.* et *Pe.* βασιδῆος *F.* et *Pa.* Mox τὴν θυγατέρα ediderunt *Schaeff.* et *Borh.* praeter necessitatem adiciētes articulum, quem ignorant h. l. aliae editiones omnes cum mssis. *l.* 14 sq. κατὰ τὸ αὐτὸ) Sic *Pe.* puto et *Pa.* κατὰ τὸ αὐτὸ absque spiritu vel apostropho *Pc.* et *F.* a sec. m. qui a prima manu habet κατωτὸ, omnes isti ignorantes puncta diaeretica. Vulgo κατὰ τὸ αὐτὸ edd. Vide supra ad Prooem. *l.* 3. notata. *l.* 15. τὸ καὶ Ἑλλ.) ὁ καὶ *Medic.* et *Remig.* Ceteri τὸ καὶ, ut *Aldus. Wess.* — ὁ, pro τὸ, ex Mediceo suo ediderat *Gron.* et sic habent h. l. etiam *Pa. Pd.* et *F.* negligentes Ionismum a Wesselingio restitutum, quo constanter aliās utitur Herodotus. *l.* 15. Ἰοῦν τὴν Ἰνάχου.) Duo verba, τὴν Ἰνάχου, delenda censuerat *Valch.* et delevere *Reiz. Schaeff.* et *Borh.* Vide Notas. *l.* 15. ταύτας στήσας) στήσας *Vindob.* ταύτας γὰρ στήσας *Remig. Wess. lin.* 16. πὸς) πὸς *Pc. F.* πὸς *Pd.* *l.* 17. τῶν σφι ἢ) τῶν καὶ *Vindob.* a prima manu. τῶν καὶ *Arch.* sed σφι in margine, Vide *Theocrit. Idyll.* 17, 42. *Wess.* — Quid huc faciat Theocriti locus, non video. σφι quidem, aut σφι, dabant h. l. plerique libri: sed rectius σφι *Pe.* et ed. *Schaeff.* quemadmodum deinde fere constanter, etiam ante vocalem, probatissimi mss. et edd. Idem ms. *Pe.* paulo superius dedit λέγουσι pro vulgato λέγουσιν, et mox dein ἄλλῃσι pro ἄλλῃσιν. *Ead. l.* 17. διακελευταμένους) διακελευσμένους *Vindob. Wess. l.* 19. ἀποφυγίην) ἀποφυγίην *Vind. Arch.* et *Paris. C.* male. *Wess.* — Sic nostri *Pb.* et *Pd.* *Ead. l.* 19. ἄλλῃσι) ἄλλῃσιν *Arch. Wess.* — Vulgo ἄλλῃσιν. *l.* 20. ἰσβαλλομένους) Sic *Remig.* teste *Wess.* et sic etiam noster *F.* quod cum *Schaeff.* praetuli vulgato ἰσβαλλομένους. Alias mutationes, quas idem *Schaeferus* suo fere arbitratu, contra librorum consensum, frequentes intulit vulgatae scripturae, veluti ζὺν pro σὺν, γυναικίον pro γυναικῶν, ἀποπλώοντας pro ἀποπλόντας, adnotare dehinc supersedebo; quum praesertim ipse Vir doctus in progressu operis agnovcrit et in Praefatione dein ingenue profes-

sus sit, nimum se fuisse in substituendis ubique verborum formis, quae Ionibus propriae sunt, in locum formarum communium, quibus perinde ac illis promiscueque uti licuerat jonicis scriptoribus. *Ead. l. 20. νέα) ιαῦν Pd. Pe.*

*CAP. II. l. 2. λέγουσι Πέρσαι) Abest Πέρσαι Pe. Ibid. οὐκ ὡς Ἕλληνες) Φοίνικας, pro Ἕλληνες, Aldus, margo Steph. et Venetus liber, in Biblioth. D. Marci T. I. p. 169. Wess. — Φοίνικας e nostris habet unus Pe. quod a Wesselingio in Notis commendatum in contextu posuere Reiz, Schaeff. et Borh. l. 3. τοῦτο ἀρξαι πρώτον) πρώτον τοῦτο ἀρξαι Arch. Paris. B. Wess. — Sic noster Pa. et F. commode. l. 5. προσσχόντας) Vulgo προσχόντας, et sic fere constanter alibi. Sed placuit geminata σ littera, quam dabant ed. Schaeff. et Borh. ut postulabat derivatio a verbo προσίχω: et sic certe III. 48. in cod. F. exserte προσσχόντων scribitur. Sic προσχόντης vetustus cod. Vat. apud Polyb. I. 29, 2. Denique disertus Etymologus p. 700. docuit, προσχών idem valens ac προσορμύλας, geminata σ littera scribi. Paulo ante, pro ἰ; Τύρον, est εἰς Τυρ. in Pc. contra constantem Nostri morem. l. 6. βασιλῆος) Tenui jonicam nominis formam, quam cum Aldo praeferebant edd. omnes; neque alii d. Wesselingii mssis enotatum. Nostri quidem omnes, Pa. Pb. Pc. Pd. Pe. et F. in βασιλῆως h. l. consentiunt. Ibid. τὴν θυγατέρα) Articulum non probant Arch. Vind. Paris. C. Wess. — Ex nostro Pb., qui aliàs est Wesselingii Paris. C., nihil h. l. enotatum: sed ignorat certe articulum noster Pe. cum Aldo, ac poterat sane abesse sicut cap. 1. lin. 14. Agnoscunt tamen eum alii probati libri cum H. Steph. qui primus eum adiecit, a quo acceperunt reliquae editiones. l. 6. οὗτοι Κρήτες) οὗτω Κρ. Arch. Vindob. Wess. l. 7. ταῦτα μὲν δὲ) Sic Stephani margo, Remig. Med. Ab aliis μὲν abest. Wess. — Ex Med. primus particulam illam recepit Gron. Agnosunt autem eandem nostri codd. omnes, excepto Pb. *Ead. l. 7. ἴσα σφι πρὸς ἴσα) Sic Aldus, et mss. Venet. Arch. Pass. et Paris. C. referente Wess. et sic nostri Pb. Pd. Pe. quod placuit reponere cum Schaeff.**

Codex *Med.* et alii dabant ἴσα πρὸς ἴσα σφι, quod cum *Gron.* recepit *Wess.* et alii. *l.* 10. φᾶσιν) Sic accentu circumflexo recte primus edidit *Schaeff.* et sic est in nostro ms. *F.* ex correctione quidem: alii omnes, quoad eequidem novi, φᾶσιν dabant, male. conf. c. 104. *Ib.* ἐνθεῦτεν ἐνθεῦθεν *Pass.* semper. *Wess.* — In *F.* a prima manu fuerat ἐνθεῦτεν, male. *l.* 11. τᾶλλα) τᾶλλα *Pa. Pc. F.* *Ibid.* εἵνεκεν) ἔνεκεν *Arch.* et *Paris. C.* *Wess.* *Ibid.* ἀπίκατο) Hoc ex *Med.* et *Vind.* ἀπίκοντο reliqui cum *Aldo.* *Wess.* — Communem formam cum *Aldo* tenent nostri *Pa. b. c. d. e.* In *F.* prima manus ἀπίκατο dederat, quod a sec. manu in ἀπίκοντο mutatum. *l.* 12. τοῦ βασιλέως τὴν θυγατέρα) βασιλέως *Pa. Pc. Pe.* ut supra; item *F.* in quo quidem ο breve super ω positum. τὴν iterum h. l. deest *Ald.* et *Pe.* ut paulo ante; sed articulum, ab *H. Steph.* adiectum, agnoscunt alii libri omnes. Mox, pro Μηδείην, perperam Μηδίν *Pb.* Sic et *Arch.* et *Vind.* de quibus ad cap. 3 monuit *Wesseling.* ubi idem erratum recurrit. *l.* 13. τὸν Κόλχον) Sic *Arch.* a prima manu, et *Vindob.* βασιλέα habet ora codicis *Arch.* τὸν Κόλχων βασιλέα *Pass. Wess.* — Vuldo τὸν Κόλχων βασιλέα ed. *Wess.* cum aliis. τὸν Κόλχων βασιλέα *Pc.* τὸν Κόλχων βασιλέα *Pa. F.* τὸν Κόλχων τὸν βασιλέα *Pb.* Nudum τὸν Κόλχων unice verbum iudicavi, adoptaviq. cum *Schaeff.* Conf. *Notas*, et *Var. Lect.* III. 7, 6. *l.* 15. ὑποκρίνασθαι) ἀποκρίνασθαι *Ven.* et *Paris. C.* male. Ionum enim non est. Vide *Suidam* in ὑποκρίνασθαι, et *Eustath.* in *Homer.* p. 687, 18. *Wess.* — *Eustathii* testimonium habes in *Iliad.* η. pag. 563. ed. *Bas.* ἀποκριν. ex nullo nostrorum *Parisiensium* enotatum est nisi ex *Pe.* ὑποκριναμένους est in ms. *F.* hiant oratione.

CAP. III. l. 2. τὸν Πριάμου) τοῦ Πρ. *Arch. Wess.* *l.* 4. οὐ δώσει) Abest οὐ *Pe.* male. οὔτε γάρ) οὐδὲ γάρ ed. *Schaeff.* et *Borh.* commode quidem, sed invitis libris omnibus, ac praeter necessitatem. Idem valet οὔτε γάρ ac καὶ γὰρ οὐ. *l.* 5. ἀρπάσαντος) ἀρπάσαντα olim in *Arch.* sed correctum est. *Wess.* *Ibid.* τοῖσι Ἑλλήσι) Sic recte *Pc.* et *Pe.* pro vulgato τοῖσιν Ἑλλήσι. Atque sic semper unus certe et alter nostrorum codicum, in hoc

genere, Herodoteum Ionismum servavit. *l. 6. πέμψαντας*) πέμψειν *Vind.* et *Arch.* Iidemque mox τὴν Ἑλένην πρὸς τὴν Ἑλένην. *Wess. l. 7. προῖσχομένων*) προῖσχομένους *Stephani* margo, *Paris. C. Venet. Wess.* — Sic nostri *Pb. Pd. Pe.* male. Vide Notas.

CAP. IV. Lin. 1. Μέχρι μὲν ἂν τούτου) τούτων plerique: τούτου *Medic.* cum *Paris. A. Wess.* — τούτων dabant edd. ante Gron. cum quibus facit ms. *Passion.* (de quo nominatim *Wess.* monuit in Addendis,) et unus noster *Pb.* Reliqui, *Pa. Pc. Pd. Pe.* et *F.* cum *Med.* in τούτου consentiunt. *l. 2. μόνας*) μόνας *Paris. A. Wess.* — Sic noster *Pc.* *l. 6. νομίζειν ἔργον*) ἔργον νομίζειν plures. *Mediceo* adstipulatur *Vind.* et *Arch. Paris. A. B. Wess.* — Scil. ante Gron. edebatur ἔργον νομίζειν: cum ms. *Med.* vero, quem ille secutus est, consentit et noster *F.* et *Parisini* (quod quidem sciam) omnes. *l. 7. ὦρην*) ὦραν *Vind.* et *Arch.* male. *Wess.* — Nec vero magis probum erat ὦρην, quod hīc legebatur in ed. *Wess.* et in superioribus, consentientibus fere mssis, quum in rariore vocabulo offendissent librarii. ὦρην primus edidit *Reizius*, quemadmodum recte editum erat III. 155. et IX. 8. Conf. Etymol. pag. 448, 45. et Suid. voc. ὦρα. Mendosum ὦρην h. l. reposuit *Borh. l. 8. δῆλα γάρ* etc.) Habet haec *Plutarch. T. II. p. 856.* ubi nunc. δῆλον citra eius culpam. *Wess. l. 9. εἰ μὴ αὐταὶ*) Sic perspecte edidit *Reiz.* ex coniectura, quam firmant mss. nostri *F. Pa. Pc.* Olim αὐταί. *Ib. ἡρπάζοντο*) ἡρπάζετο *F.* male. *l. 10. Πέρσαι*) Πέρσας ms. *Eton.* referente *Galeo.* *Ibid. ἀρπαζομένων*) Sic *Med. Vind. Arch.* et *Paris. A. B.* Alii ἀρπαζομένων. *Wess.* — Quam scripturam ex *Med.* restituit Gron. eandem iam dederat *Aldus*, mutaveratque *H. Stephanus.* Cum *Med.* aliisque consentit noster *F.* et *Pa.* sed ἀρπαζομένων tenent *Pb. Pc. Pd. Pe.* Quod vero mox dein γυναικῶν edidit *Schaeferus*, id sua de coniectura posuit, ut alia multa, refragantibus libris. *l. 12. εἵκεν*) εἵκεν *Pd.* illegitimā vocis formā; nec enim aliam nisi aut εἵκεα aut εἵκεν agnoscit Auctor. *l. 14. ἀπὸ τούτου αἰτὶ*) Ita *Medic. Vind. Arch. Paris. duo.* Ceteri ἀπὸ τούτου τ' αἰτὶ, aut κατὰ τούτου αἰτὶ, ut *Stephani* ora. Prius servatum

maluit Cl. *Reishius*. WESS. — ἀπὸ τούτου τ' αὖτις edebatur ante *Gronov.* idque revocavit *Schaeff.* et tenuit *Borh.* At nil opus erat particula conjunctiva, quam nec ullus e nostris codd. agnoscit. Ejusmodi asyndeto nihil frequentius apud Nostrum. l. 15. σφίσι ὕμναι) Enotatum hoc ex *Pe.* Sic mox cap. 5. l. 2. σφίσι ἰούσαν dedere *Pa. Pc. Pe.* Utroque σφίσι vulgatum erat, utroque autem σφί sua auctoritate posuerat *Schaeff.*

CAP. V. Lin. 1. Πίρσαι) Desunt Πίρσαι *Vindob.* et *Arch.* Habet tamen margo. WESS. l. 3. οὐκ ὁμαλ.) οὐχ. *F. Pa. Pc.* negligentes Ionismum, cui in operis praesertim initio nondum adsueta erant librarii. l. 4. Πίρσαι) Πίρσαι *Pass.* addito v finali, quod in istiusmodi nominibus verborumque terminationibus illi solemne. WESS. in Addendis. — Sic et nostri *F. Pb. Pd. Ead.* l. οὕτω) οὕτως *Medic.* οὕτως *Aldus* et magno numero alii: nec illi male. Vide *Gron.* ad lib. I. c. 9. WESS. — Scilicet quum *Gronovius* h. l. ex suo *Med.* οὕτως edidisset, tamen deinde cap. 9. et 11. ex eodem cod. οὕτω laudavit adoptavitque, ubi ob sequentem vocalem οὕτως vulgo legebatur. Tenent autem h. l. οὕτω nostri codices omnes. *Ibid.* ἀρπαγῇ) ἀρπαγῆς *Arch.* WESS. l. 5. λέγουσι ἀγαγῖν) λέγουσιν h. l. et paullo ante [paullo post, puto, scribere voluerat, scil. l. 10.] *Aldus* atque alii, quibus in amore est v finale. Statim ἄγειν *Arch. Vind. Venet.* WESS. — ἄγειν habent etiam *Pb. Pd. Pe.* sed vulgatum ἀγαγῖν tenent *F. Pa. Pc.* In λέγουσιν h. l. et l. 10. cum *Aldo* consentit *F.* Reliqui λέγουσι tenent: sed hoc leve varietatis genus, ut iam supra professus sum, silentio posthac praeteribo, nisi de eo rursus monuerit Wesseling. l. 6. Ἀργῖ) Sic *F.* et alii cum *Aldo.* In ed. *Gron. Wess.* et *Reiz.* neglecta erant puncta diacretica. *Ib.* νός) νός *F. Pc.* l. 7. ἰούσα) ἰούσα *Pb. Pc. Pe.* l. 8. συνεκπλῶσαι) συνεκπλῶσαι *Paris. C. Venet.* prave. WESS. — Sic nostri *Pb.* et *Pe.* Utraque verbi forma Herodoto usurpata; (conf. e. 1. extr. IV. 147. et 149.) sed magis frequentata prior, quae Ionibus propria. l. 9. Πίρσαι τι) Respuunt *π Vind. Arch.* WESS. — Sic et *Pb.* l. 12. πρώτων) Abest vocab. *Pe.* *Ib.* ἀδικῶν ἔργων) ἀδικῶς τι καὶ ἀνοσιῶν ἔργων *Pd.*

ζ. 13. προβήσομαι ἐς τὸ πρόσω) Carent ἐς τὸ *Pass. Ven. Par. C. Arch. Vind. Wess.* — Sic nostri *Pb.* et *Pe.* Sed tenent cum *Aldo Med. F.* et alii. προβήσομαι recte mss. et edd. Una ed. *Reiz.* temere παρὰβῃς. quod tenuit *Borh.* ζ. 14. ὁμοίως σμικρὰ) Sic scripsi cum *Reizio*, quem et *Schaeff.* et *Borh.* secuti sunt. Olim μικρὰ edd. et mss. quod et ipsum quidem teneri potuerat; sed quoniam paulo post his σμικρὰ dedere libri omnes, facile mihi persuasi, literam sibilantem initio vocis h. l. ex occasione praecedentis vocis, in eandem literam exeuntis, intercidisse. ζ. 15. τὰ γὰρ τὸ πάλαι μεγάλα ἦν) In *Pe.* sic scribitur τὰ, γὰρ etc. inserto post τὰ commate, quo indicatur τὰ pro ἃ esse accipiendum: et sic constanter, quoties articulus praepositivus ex jonicae dialecti lege pro pronomine relativo ponitur. Eundem morem plerumque servat noster cod. *F.* qui praeterea constanter articulum praepositivum pro pronomine relativo accipiendum geminato accentu notat, hoc modo, τὸ', τὰ', τὸ'ν, etc. De quo semel hīc monuisse sufficiat. ζ. 17. ἀνθρωπίνην) ἀνθρωπίνην *Vind. Arch. Wess.* — ἀνθρωπίνην *Pb.* ἀνθρωπίνην *Pd.* ζ. 19. οὐδαμᾶ ἐν τῶντῳ) οὐδαμῶ et τῷ αὐτῷ *Vind.* et *Arch.* sine causa. *Wess.* — τῶντῳ vulgo scribebatur in editionibus omnibus: nos puncta diaeretica abieciimus ex codicum nostrorum praescripto, de quo supra dictum ad Prooem. lin. 3.

CAP. VI. Lin. 1. Λυδὸς μὲν γένος) Λ. μ. τὸ γένος *Ald.* [aliaeque editt. ante Gron.] et *Priscianus* p. 1169. ed. Putsch. Recte articulus abest a *Med. Arch. Pass. Dionysio Halic.* περὶ Συνθ. Ὄνομ. c. 4. *Maximo Tyrio* Dissert. 28. pag. 339. et *Schol. Hermogenis* pag. 385. Quae sequuntur, laudat *Ammonius* in *Τύραννος*, a *Valchenario* bene instauratus. *Wess.* — Λυδ. μὲν τὸ γένος cum *Aldo* habet *Pe.* et sic *Suidas* in *Κροῖστος*. Λυδὸς τὸ γένος *Pd.* Reliqui nostri articulum ignorant. ζ. 3. μεταξὺ Σύρων καὶ Παφλαγόνων) Non aliter *Strabo*, his usus, lib. XII. p. 819. [p. 544. ed. Cas.] et *Dionysius*, nec dissentiant mss. *Wess.* — Conf. *Var. Lect.* ad I. 72, 9. ζ. 4. ἐξίσι) ἐξίσι πρὸς βορέαν *Dionysius* [T. V. ed. *Reisk.* pag. 26.] et *Schol. Hermog.; Maximus Tyr.*

πρὸς βορέην ἐκιδού, vitio memoriae. Wess. — ἔξει *Pd.* male. ἔξει ed. *Schaeß.* ἔξι malebam; sed idem haud dubie valet ἔξι, quod saepius eodem modo apud Nostrum occurrit. Vide ad cap. 180. *l.* 5. πρῶτος τῶν ἡμῶν ἰδμεν) τῶν ἡμ. ἰδμ. πρῶτος *Pe.* πρ. πάντων τῶν ἡμ. ἰδμ. *Pd.* *l.* 6. τοὺς μὲν spernit *Arch.* et *Vind.* sed sunt in prioris ora. Wess. *Ibid.* Ἑλλήνων) τῶν Ἑλλήνων unus *Pe.* *l.* 9. πρὸ δὲ τῆς Κροίσου) Haec et sequentia ad verbum exscripsit *Suid.* in Κροῖσος.

CAP. VII. Lin. 2. τὸ Κροίσου) τοῦ Κροίσου. Pc. l. 3. οἱ Ἕλληνες) Abest οἱ *Pe.* Idem paulo ante habet καλοῦμ. pro καλεομ. *l.* 4. Μυρσίλον) Μυρσίλον *F.* et *Pa.* *Ibid.* ἐνομάζονσι) In aliis καλέονσι. De Candaule, qui et *Myrsilus*, etiam *Plinius* lib. XXXV. 8. Hist. Nat. Wess. — καλέονσι habet ms. *Eton.* et ora *Steph.* Nostri mss. vulgatum tenent. Mox, pro ionica forma Σαρδίων, habet atticam Σάρδεων *Pc. l.* 5. Ἡρακλῆος) Ἡρακλέους *Pb. Pd. Ibid.* Ἀγρων) Sic *Medic. Remig. Vind. Pass. Arch. Venet.* et *Steph.* margo: iidemque mox Ἀγρωνος. Vulgo [ante ed. Gron.] Ἀγρον et Ἀγρωνος. Wess. — Ἀγρ. tenent nostri *F. Pa. Pc. Agg. Pb. Pd. Pe.* sed Ἀγρ. ora *Pd. lin. 6. ὁ Νίνου, τοῦ Βήλου, τοῦ Ἀλκαίου)* Absunt haec ab *Arch. Pass. Vind.* et *Ven.* Wess. — Absunt item a nostris *Pb. Pd. Pe.* qui in *Agronis* quidem nomine ab illis dissentiunt. *l.* 10. ἀπ' ὅτεν) Vulgo omnes olim ἀπὸ τευ, male. Aut ἀπὸ τοῦ oportebat, aut ἀπ' ὅτεν, quod primus *Reizius* posuit, quem secuti sunt *Schaeß.* et *Borh.* Sic et III. 115. et IV. 45. Recte vero h. *l.* in *Pa.* ἀπ' ὅτεν scriptum esse observavit *Larcher*, quod in Excerptis quidem nostri caussa ex eodem codice confectis non adnotatum. *l.* 10. ὁ πᾶς) Caret ὁ *Pd. l.* 11. Μῆων) Olim Μῆων absque iota, quod recte subscripsit *Reiz.* et sic ms. *Pa.* itemque *F.* a sec. manu, nam in hoc a pr. manu Μῶων erat. *l.* 11. παρὰ τούτων Ἡρακλεΐδας) παρὰ τούτων δὲ Ἡρακλ. *Pass.* et plerique omnes. *Medic.* δὲ ignorat. Wess. — Particulam a *Gron.* eiectam revocavit *Wesseling.* Ignorant eam autem cum *Med.* nostri mss. *F. Pa. Pc.* quibus praeecuntibus iterum eiiciendam censui. Tali asyndeto delectari Herodotum iam supra monui, et saepe dein ob-

servare poterit lector. *l.* 13. ἀρξάντες μὲν ἐπὶ δύο τι καὶ) ἀρξάντες ἐπὶ *Ald.* et ceteri. μὲν interserit *Med. Wess.* — Agnoscunt μὲν iidem nostri *F. Pa. Pc.* *l.* 14. δύο τι καὶ) Abest τι *Pb. Pd.* Dein post πίντε (ni fallunt excerpta) caret τι *Pe.*

CAP. VIII. Lin. 1. ὦν) ὄν *Vind. Arch.* et mox (*l.* 3.) πολλῶν pro πολλῶν iidem. Neutro indigemus. *Wess.* — Nostri libri nil mutant. *l.* 6. σπουδαίστερα) σπουδαίστερα *Paris. A. B.* [nostri *Pa. Pc.*] *Remig. Steph.* ora. σπουδαίστερα *Arch.* prave. *Wess.* — Vulgatum tenent cum aliis *Med.* et *F.* *l.* 8. χρεῖν γὰρ Κανδύλην) ἐχρεῖν et Κανδύλην *Arch.* Prius etiam in *Luciani Asin.* c. 20. *Wess.* — Κανδύλην *Pd.* Κανδυλεια *Pe.* *l.* 9 seqq. Γύνη, οὐ γὰρ σε etc.) Haec et sequentia *Dionysius* περὶ Συνθ. Ὄνομ. p. 24. c. 4. attica dialecto expressit. Quae succedunt, ὅτα γὰρ etc. habent *Julian.* Epist. 21. *Achilles Tatius* in Uranologia Petavii p. 94. et *Lucian.* de Domo cap. 20. neglecto ἀνθρώποις, pro quo ἀνθρώποις *Paris. B.* [noster *Pa.*] bene. *Wess.* *l.* 12. ποίε) ποίε iidem *Paris. B. Arch. Med. Pass. Wess.* — Eodem modo a ionica forma, quam *Aldus* servavit, descivere *F. Pa. Pb. Pc.* *l.* 13. μέγα ἀμβώσας) Sic *Ald. Pass. Ven. Vind Arch. Remig. Valla* et alii. μέγα a *Medic.* abest. *Wess.* — Vocab. a *Gron.* eiectum restituit *Wesseling.* Ignorant illud quidem etiam *F. Pa. Pc.* *l.* 15. διδάσθαι) διδάσθαι *Vind. Arch.* Exscripsit autem haec *Theo Progygn.* p. 64. at male τίνα ἔχεις λόγον. Quae sequuntur, ἀμα δὲ κηῶνι etc. citant *Plut.* T. II. p. 139. et *Stob.* Serm. 37. p. 213. et 72. p. 441. *Wess.* *l.* 16. αἰδῶ scripsi cum *F. Pb.* et *Pd.* ut est apud *Stob.* Vulgo αἰδῶ h. l. apud Nostrum. *l.* 18. σκοπεῖν τίνα) Sic *Med. Remig.* et margo *Steph.* In aliis σκοπεύειν. *Wess.* — Ante *Gron.* σκοπεύειν edebatur, quod habet unus noster *Pd.* in quo τίνα σκοπεύειν. In *Pe.* est τίνα σκοπεῖν: caeteri vulgatum tenent. *l.* 19. εἶναι πασῶν γυναικῶν) πασῶν γυναικῶν εἶναι *Pe.*

CAP. IX. Lin. 2. ἀρρωδίων) ὀρρωδίων ora *Stephani.* καὶ ἀπεμάχετο τὴν ψυχὴν ἀρρωδίων *Etymolog.* p. 633., 43. hoc ex loco. *Wess.* — Similiter *Zonar.* Lex. p. 1472. τὴν ψυχὴν ἀπεμάχετο ἀρρωδίων, ubi verba τὴν ψυχὴν ex glosse-

mate adiecta esse commode monuit Editor: nescio vero an pro τὴν ψυχὴν debuerint τῆς ψυχῆς, scil. *ἐντα, vitae suae timens*; quemadmodum lib. I. c. 111. ait Herodot. τοῦ τόπου τῆς γυναικὸς ἀρρώδιον. Nil mutant nostri codd. nisi quod ἀρρώδιον scribitur in *Pc. Ead. l. μὴ τί οἱ*) Sic tonum notavit *Wess.* cum aliis. *Reizius* et sequentes μὴ τί οἱ et mox (*l. 5.*) μὴ τί τοι. Sed μὴ τί οἱ et μὴ τί τοι *Pa. Pc. et F. l. 3. αἰσιβετο τοῖσδε*) Sic *Par. A. B. Rem. Medic.* Prius quoque *Arch. Vind. et Steph.* margo. αἰσιβεται τοιαῦτα [ante Gron.] vulgo. *Wess.* — Cum *Med.* consentit noster *F. et Pa. Pc.* In eodem quidem *Med. a sec. m. superscr. τοιαῦτα.* Cum *Arch. et Vind.* faciunt *Pb. Pd. Pe.* τοιαῦτα pro τοῖσδε constanter edidit *Schaeff. l. 4. πειρώμενος λέγω λόγον*) Sic duo *Paris. Remig. ora Steph.* In *Medic.* πειρώμενον, quod et in *Pass.* et aliis, omisso λέγω. *Wess.* — πειρώμενον λέγω λόγον edidit *Gron.* et sic scriptum ait in *Med.* in quo tamen πειρώμενος ab alia manu correctum. πειρώμενον λόγον, absque λέγω, habent *Pb. Pc.* (nescio an et *Pd.*) ut edd. ante Gron. πειρώμενος λέγω λόγον, ut edidit *Wess.* sic exhibent nostri *Pa. Pc. F.* item *Arch. et Eton.* teste *Galeo.* Denique sic *Dionysius*, ὡς πειρώμενος οὐ λέγω λόγον τόνδε. *l. 6. βλάβος*) βλάβη *Arch.* sed ὡς literae postremae inposito. *Wess.* — Mox pro μηχανήσασθαι prave erat μαχήσασθαι in *F. a pr. m. l. 7. οὕτω*) Sic *Med.* οὕτως alii. *Wess.* — Ad οὕτω nihil notatum ex nostris *Paris.* Sed οὕτως habet *F. l. 8. ὅπισθε*) ὅπισθεν *Vind. Arch. Wess.* — Sic et *F. et Pd. l. 9. στήσω*) Sic *Vind. Arch.* cum *Ald. Paris. A. B.* et aliis. θήσω vulgo. *Wess.* — Scil. θήσω temere positum in ed. *Steph.* et repetitum ab aliis ante *Wess.* In στήσω consentiunt nostri *Paris.* omnes et *F. l. 10. κοιτών*) Ita *Med. Remig. Paris.* duo et ora *Steph.* Alii κοιτῶνα *Wess.* — κοιτῶνα edd. ante Gron. et sic *Pb. Pd. Pe.* κοιτῶν tenent *Pa. Pc. et F.* De *Arch.* miror nil notatum a *Wess.* quum *Galeus* adnotaverit, κοιτῶν esse in codd. mss. (id est, in *Arch. et Eton.*) et apud *Dionysium.* Et apud *Dionys.* quidem, qui jonicum Herodoti sermonem in atticum transtulit, utique κοιτῶν recte legitur: quae si scriptura etiam in mss. *Arch. et Eton.*

obtinet, fuerit illa ex interpretatione inlata, quemadmodum in aliis *κατὰ*. l. 13. *διήσασθαι*) *διήσεται* *Pe.* Mox, pro *ἰατῶν*, est *ἰατῶν* in *Pc.* contra Herodoti morem. *Ibid.* *εὐίχῃ*) *εὐίχῃ* solus *Medic.* *εὐίχῃ* ceteri eum *Aldo.* *Wess.* — Monuit tamen idem *Wess.* in Addendis, etiam ms. *Pass.* *εὐίχῃ* dare. Sic vero etiam noster *F.* Confer Notas. l. 15. *μή σε ὀφείλει*) *μή ἰσχύεται* *Medic.* At *Aldus* cum *Ven. Vind. Arch. Remig. Paris. C.* et *B.* (verum hic in marg.) *μή σε ὀφείλει*. *Wess.* — *μή ἰσχύεται* cum *Med.* habent a pr. manu nostri *Pa.* et *F.* *Ibid.* *διὰ θυτῶν*) Sic *Medic.* et *Remig.* sine *τῶν*, qui articulus in aliis *Wess.* — Articulum ex nostris codd. nonnisi unus *Pe.* agnoscit, in quo etiam mendose *ἰδόντα* pro *ἰόντα*. Quod in ed. *Reiz.* pro *διὰ θυτῶν* legitur *παρὰ θυτῶν*, id operarum errore factum: sic et in eadem editione c. 11. l. 15. *παρακρίναι* prave pro *διακρίναι*, et cap. 17. l. 10. *παραφθίσκειν* pro *διαφθίσκειν*. *CAP. X. Lin. 2.* *ἠδύναντο*) *ἰδύναντο* *F. Pa. Pc. ead. l.* *ἰρῶμος*) *ἰτῶμος* h. l. (quod sciam) mss. omnes, et editi ante *Schaeferum*, cum quo penultimā circumflexā prisco more scripsi hoc vocabulum; quo accentu signatum in progressu operis passim etiam exhibent probatissimi libri, perinde ac *ὁμοίος* et *ἰρῆμος*: quo de accentu Herodoto restituendo monuerat etiam *Reiz.* in Praef. p. ix. l. 3. *ἰδόναι*) Ita *Medic.* *ἰδόναι* ceteri. *Wess.* l. 4. *Γύγαι*) *Γύγην* *Pe.* l. 5. *ἰσχυοῦσαι*) *ἰσχυοῦσαν* *Pd.* l. 6. *ἰθνήτο*) Sic *Med.* In aliis omnibus *ἰθνήτο*. *Wess.* — Et sic ed. *Wess.* Est vero *ἰθνήτο* etiam in *Pa.* et in *F.* a pr. manu, et hoc verum iudicavi, quod analogia etiam desiderabat: conf. IV. 85, 6. et VII. 56, 2. ubi sic omnes. *ἰθνήτο* h. l. ed. *Schaefer.* *Ibid.* *κατὰ νότον*) *κατὰ νότα* *Arch.* sicuti et paullo ante. *Wess.* — Caeteri omnes vulgatum tenent. l. 8. *ἰπορᾶ*) Sic *Stephani* margo, *Remig.* et *Med.* Ceteri *ἰρα*. *Wess.* — *ἰρα* (sic) edebatur ante *Gron.* et sic *Pb. Pd. Pe.* *ἰρῶρα* habet margo *Steph.* Sed *ἰπορᾶ* *F. Pa. Pc.* cum *Med.* l. 9. *ἀνίσταται*) *ἀνίσταται* *Arch. Vind.* male. *Wess.* l. 10. *μαθῆν*) Sic *Ald.* et reliqui. *μαθῆν* *Med.* *Wess.* — In *μαθῆν* quidem consentiunt *F. Pa. Pb. Pc. Pd.* *Ibid.* *τίσασθαι*) *τίσασθαι* *Aldus* et ceteri, [scil. edd. ante *Gron.*]

nec male. Vide *P. Horreum* Observ. in Herodot. c. 4. τίσιςταί Medic. Wess. — Cum *Aldo* faciunt *Pd.* et *Pe.* cum *Med.* vero reliqui nostri. l. 11. παρὰ γὰρ) παρὰ μὲν γὰρ *Pe.* *Ibid.* τοῖσι ἄλλοις) πᾶσιν ἄλλοις *Arch.* *Vind.* Wess. l. 12. ἐς αἰσχύνην) Sic *Med.* *Remig.* et ora *Steph.* In *Pass.* et ceteris praepositio deficit. Wess. — Agnoscunt ἐς *Pa.* *Pc.* et *F.*

CAP. XI. Lin. 2. ἡσυχὴν εἶχε) ἡσυχ. ἦγε *Paris.* *A.* *Remig.* et margo *Steph.* Wess. — Sic noster *Pc.* sed *Pa.* *F.* et alii vulgatum tenent. *Ibid.* ἐγγρόσις) γέγρονε *Par.* *B.* Wess. — Sic nostri *Pa.* et *Pc.* bene: etsic ed. *Schaeff.* l. 3. ὥρα) Sic *Medic.* ὥρα *Pass.* *Ald.* aliique. Wess. — ὥρα cum *Med.* praefert *F.* et *Pe.* et sic omnes III. 72. ἰώρα h. l. *Pb.* *Pd.* ὄρα *Pa.* *Pc.* nec male. ὄρε ed. *Schaeff.* l. 5. ἰώθει) ἰώθει *Arch.* Wess. — ἰώθει *Pc.* l. 6. πρόσθετςcripsi cum *F.* et ed. *Schaeff.* Vulgo πρόσθεν. *Ib.* καλῶς) καλῇ *Pe.* l. 7. ἀπίετο) ἀπίετο *Arch.* prave. Wess. *Ibid.* Νῦν τοι) Νῦν τοῖν δυοῖν *Arch.* *Vind.* Wess. — Νῦν τοι edebatur inde a *Steph.* ed. 2. τοι absque accentu scripsit *Reiz.* cum *Aldo* et *F.* et tribus *Paris.* l. 9. ὀνορίην) ὀνορίαν *Pc.* Mox τραπίσθαι, pro τραπίσαι, ed. *Schaeff.* l. 10. βασιλῆην) βασιλείην *Arch.* Wess. l. 11. αὐτὸν εἰ) Vulgo αὐτὸν εἰ. Placuit εἰ cum accentu, ut est in *F.* *Ibid.* αὐτίκα οὕτω ἀποδηήσκειν) Sic *Med.* οὕτως in aliis. Wess. — Cum *Med.* consentit *F.* et alii nostri; in uno *Pe.* est ἀποδν. αὐτίκα οὕτω. l. 13. βουλευσάντα *Med.* *Remig.* et ora *Steph.* βουλευσάμενον reliqui. Wess. — Herodoteum est βουλευσάντα, quod cum *Med.* tenent *Pa.* *Pc.* et *F.* l. 14. ἦ εἰ) ἦ εἰ ed. *Steph.* et seqq. Luthens vero tenui εἰ cum accentu, ut erat in ed. *Ald.* rursusque in ed. *Reiz.* et seqq. Sic vero etiam est in mastis nostris; nec video cur denuo ἦ εἰ repositum voluerit idem *Reiz.* in Praef. p. 7. *Ead.* l. θησαύμενον) Sic edd. omnes, et ms. *F.* cum aliis; sed θησαύμενον *Pa.* *Pc.* *Pd.* l. 16. ἀπιθώμαζ) ἀπιθώμαζ *Ald.* *Paris.* tres, *Vind.* *Arch.* *Remig.* *Venet.* *Pass.* [et sic edd. ante et post *Gron.*] ἀπιθώμαζ *Medic.* Wess. — Medicum eod. expressit pro insituto suo *Gronov.* cum quo consentit h. l. ms. *F.* a prima manu, nec ita male. Diphthongum vero ου absque punctis diacreticis dedere

Parisini nostri omnes. Conf. Var. Lect. in *Prooem. l.* 3. *l.* 17. διακρίναι) De mendoso παρακρίναι, quod erat in ed. *Reizii*, supra monui ad cap. 9 extr. *l.* 17 sq. οὐκ ἔστι etc.) Coniiciebat Vir doctus *Parisiis*, ὡς οὐκ ἔστι ἐπιθεῖν, ἀλλ' ἐπεὶ ὥρα, cui non adstipulor. ἀλλ' ὥρα plerique. Vulgatum est ex *Medic. Wess.* — In ἀλλ' ὥρα cum *Med.* consentit noster *F.* ἀλλ' ὥρα cum *Aldo* et aliis habent *Pb. Pd. Pe.* ἀλλ' ὥρα *Pa. Pc.* Post ἀλλ' vero, utique insertam particulam ὡς malles, cum *Reiskio*: sic teneri potuerat punctum minus post ἀπὸ λυθῆναι, pro quo nunc punctum maius posui. *l.* 19. ἀπολλύναι) ἀπολλύναι *Medic. Etonens. Arch. Vind. Remig.* ἀποκτεῖναι *Ald.* et pauci alii. *Wess.* — Cum *Ald.* facit *Pe.* ἀπολλύναι vero, penultima brevi, quemadmodum cum *Schaeff.* scripsi, sic dedere *Pa. Pc.* et *F.* et sic quoque ora *Steph.* et ms. *Eton.* apud *Galeum.* *l.* 20. ἐπιρώτα ex *Med.* et *Paris. A. B.* ἐπηρώτα vulgo. *Wess.* — Verum est ἐπιρώτα, quod quidem e nostris h. *l.* non nisi unus *Pe.* agnoscit; caeteri quatuor *Paris.* cum *F.* ἐπιρώτα. *l.* 21. κτείνειν) ἀποκτείνειν *Arch.* *l.* 22. ἐπιχειρήσωμεν *Paris.* omnes. ἐπιχειρήσωμεν *Ald.* atque alii. *Wess.* — Terminationem ὡμεν, quam *Gron.* etiam tenuit, habet unus noster *Pe.* Reliqui omnes cum *F.* *l.* 23. αὐτῷ) αὐτὸ *Arch. Wess.* *l.* 24. ἐπιθέατο) Tacite sic correxit *H. Steph.* consentientibus melioribus libris. ἐπιθέατο ed. *Ald.* cum *Pb. Pd. Pe.*

CAP. XII. Lin. 2. γενομένης) γενομένης F. Pc. lin. 3. μιστήρ) Sic Pass. ut pleraeque omnes schedae. μιστήρ Med. Wess. — Vulgatum tenent nostri *Parisini*, et sic etiam *F.* a sec. manu, in quo a pr. m. aliud quid fuerat, erasum hodie, nec tamen prorsus μιστήρ fuisse videtur. *Ibid. οὐδὲμία) οὐδὲμία Parisini tres et Arch. Wess.* — Sic nostri *Pa. Pb. Pc.* itemque *F.* qui posthac etiam constanter in hoc vocab. brevem vocalem α servat. *l.* 6. ὑπὸ) ἐπὶ olim *Arch.* ὑπὸ in margine tantum. *Wess.* *l.* 9 seq. In *Veneto* post Παρις hiatus est, in ἐπιμνήσθῃ usque. *Wess.* — Nil deest libris nostris, nec mutant illi quidquam, nisi quod γενομένης deest *Pe.* idemque *Pe.* ἐπιμνήσθῃ pro ἐπιμν. habet. Caeterum ista omnia, τοῦ καὶ Ἀρχιλοχού - ἐπιμνήσθῃ, a *Val-*

chenario in suspicionem adducta, uncis inclusit *Reiz.* prorsusque abiicere *Schaeff.* et *Borh.*

CAP. XIII. Lin. 4. ἐν ἔπλοις) Sic *Med. Rem. Stephani* ora, *Paris.* unus. Reliqui ἐν πλοι. *Wess.* — ἐν πλοι *Pb. Pd. Pe.* Cum *Med.* faciunt *F. Pa. Pc. Ibid.* ὅτι abest *Arch. Wess.* *L. 5.* στασιώται) στασιώται *Aldus* et plerique alii. Vulgatum merito probant *Med. Paris. duo* et *Valla. Wess.* — Recte στασιώται *F. Pa. Pc.* quo in vocab. frequenter a vero aberrarunt librarii. *Ibid.* ἢ μὲν δὲ *Ald. Remig. Venet. Paris. B. Arch. Pass.* Abest δὲ a *Med.* Vide cap. 14. *Wess.* — Aberat etiam ab *F.* a pr. m. sed *Parisini* omnes tenent particulam. *L. 6.* εἶναι Λυδῶν) τῶν Λυδῶν vulgo. Articulum *Med.* et *Arch.* non habent. *Wess.* — Eundem artic. ignorant *F. Pa. Pb. Pc. Pd. Mox*, pro τόνδε, est τὸν δὲ in *F.* ne sic quidem male.

CAP. XIV. Lin. 1. οὕτω ἴσχυον) Sic *F. Pb. Pe.* puta et alii. Vulgo οὕτως, vitandi hiatus caussa; quem quidem non recusant Iones. *Ib. Μεμνᾶσαι)* Μεμνᾶσαι *Pd. L. 3.* ἀλλ' ὅσα) ἀλλὰ ὅσα unus *Pe. L. 4.* ἴστι οἱ) Sic *F. Pa. Pb. Pc.* et comma ante ἴστι interseruit *F.* Vulgo ἴστιν (vel ἴστιν) οἱ. *L. 5.* δὲ τοῦ ἀργύρου) Operarum errore omissus artic. τοῦ in ed. *Reiz.* tum et in ed. *Borh.* *L. 6.* τοῦ μάλιστα) τοῦ πλείστον μάλιστα *Pb.* copiā laborans. *L. 7.* οὗτοι ἐν τῷ Κορινθίῳ) οὗτοι οὐ ἐν τῷ Κορ. in *Arch.* sed ex correctione. Quae sequuntur, vitio librarii desiderantur in *Venet.* usque ad Κορινθίαν. *Wess.* — Nostri codd. nil mutant, nisi quod ἐν τῷ Κορινθίῳ *Steph.* scribitur in *Pd. L. 9.* δημοσίου *Med. Remig. Paris.* et *Stephani* margo. *Pass.* et reliqui δήμου, ex scripturae forsitan compendio, vice τοῦ δημοσίου. *Wess.* — Cum *Med.* faciunt *F. Pa. Pc. L. 10.* Κυψέλου) Κυψέλου *Paris. A. Wess.* — Sic *Pc.* et *Pb. L. 11.* Οὗτος δὲ) Ita iidem *Med. Remig.* margo *Steph.* et *Paris.* exceptio *Paris. C.* Ceteri οὕτω δὲ. *Wess.* — οὗτος δὲ tenent *F. Pa. Pc.* οὕτω δὲ *Ald.* sed οὕτω δὲ *Pb. Pd. Pe.* et *F. a. sec. m. L. 12.* μετὰ Μίδην) μετὰ δὲ Μίδην *Vind. et Arch. Wess.* *L. 13.* Φρυγίας βασιλῆα) τὸν Φρυγ. *Pb.* Tum βασιλῆα *F. Pa. Pb. Pc. Ibid.* γὰρ δὲ) Deest δὲ *Arch. Wess.* — Deest item *Pb.* et *Pe. L. 14.* εἰς τὸν προκρίσαν) Citat.

Priscianus lib. XVIII. p. 1174. et 1178. *Wess.* l. 15. ἔνθα περ) Sic ms. *F. Pa.* et alii. Olim ἔνθα περ edd. dein ἔνθα περ, donec ἔνθα περ correxit *Schaefer.* l. 16. Perperam δν, pro τὸν, *Pe.* l. 17. ἀναθίντος) Vitiose ἀναθιματος *Pd.* l. 18. ἐπωνυμίη) Ita *Medic. Arch. Vind. Paris.* duo, et *Ven. ἐπωνυμίη Ald.* atque alii. *Wess.* — Accusativum praeferunt *F. Pa. Pb. Pd.* *Ibid.* ἰσθβαλε μὴ νυν στρατιὴν καὶ οὗτος) Sic *Suidas* in Γύγης, [ubi plurima ex hoc cap. et seqq. descripsit,] *Medic. et Parisini.* Alii καὶ οὗτος στρατιὴν. In *Pass.* est μὴ νυν οὗτος στρατιὴν, absque καὶ. *Wess.* — Cum *Med.* consentiunt nostri omnes, nisi quod στρατιὰν habet *Pc.* l. 20. ἀλλ' οὐδὲν γὰρ etc.) γὰρ non est in *Suida*, qui mox δυνὸν cum *Arch.* tum τισσαράκοντα *Ald. Arch. Paris. A.* Melius *Medic.* et ceteri. *Wess.* — γὰρ et δυνὸν tenent libri nostri omnes. In *τισσαράκ.* *F.* et duo *Paris.* jonismum deseruere. Denique alia verborum serie utitur *F.* οὐδὲν γὰρ μέγα ἀπ' αὐτοῦ ἄλλα ἔργον.

CAP. XV. Lin. 2. οὗτος δὲ) οὗτος δὲ *Pc.* l. 2 et 3. ἴλε et ἰσθβαλε *Paris. B.* qui plerumque, finale omittit, nec male. *Wess.* — Scil. ἴλεν et ἰσθβαλεν edebatur, pro quibus primus *Schaeferus* ἴλε et ἰσθβαλε posuit: sic vero scribitur in *Pa. Pc. Pe.* et ἰσθβαλε etiam in *F.* l. 3. ἐπὶ τούτου τι) δὲ pro τι habet *Pa.* l. 5. ἀπικλάτο) Sic *Ald. Medic.* et *Paris.* duo cum *Remig. ἀπικλόντο Vind. Paris. C.* et *Suidas*, prave. *Wess.* — Ionicam aoristi formam praeferunt *F. Pa. Pc.*; communem (quae quidem et ipsa ferri poterat) tenent *Pb. Pd. Pe.* Conf. I. 152. et 169. *Ibid.* Σάρδεις cum edd. recte tenet *F.* Σάρδεις h. l. *Pa. Pc. Pd.* Mox, pro πλὴν, esse πρὶν in *Paris. C. Vindob.* et *Ven.* monuit *Wess.* — quod erratum e nullo nostrorum codd. enotatum; eandem autem confusionem in aliorum auctorum codicibus olim me deprehendere memini.

CAP. XVI. Lin. 2. ὁ Ἄρδης) *Suidas* [in Γύγης] τὴν ἀρχὴν addit, quod mssti cognitum non habent. *Wess.* — Conf. II. 161, 4. l. 4. οὗτος δὲ) Abest δὲ *Pc.* non male. Paulo ante, pro Ἀλυσίτης, est Ἀλυσίης in *Pc.* et sic subinde etiam in aliis. *Ibid.* Δηϊόκτω) Apud *Suid.* l. c. Δηϊόκων vulgo scribitur, sed Δηϊόκων in vet. edit.

Mediol. Apud eundem Suidam alibi (sub litera Δ) scribitur Δνιώκειω per ω in medio, sed literarum series docet, Δνιόκειω ibi scribi debuisse. *l. 5.* ἐξήλασι) ἐξήλασι *Pc.* *l. 6.* ἀπὸ Κολοφώνος) Sic *Media. Arch. Venet. Suidas.* Ceteri ὑπὸ Κολ. *Wess.* — In ἀπὸ consentit *F.* et *Paris.* omnes, excepto *Pe.* *l. 7.* ἐς Κλαζομέναις τε ἰσιβαλε) *Suidae* Κλαζομέναις τ' ἰσιβαλε, ἀπὸ τοῦ εἰς Κλαζομέναις, hinc derivatum videri, doctissimo *L. Küstero* assentior. Scripti codices non favent, meritoque deservit *Suidas.* *Wess.* in Addendis. — Idem vero *Suidas* in voc. Γύγης, praepositionem agnoscit, εἰς Κλαζομέναις τε scribens. *l. 9.* ἀλλὰ δὲ ἔργα) *Ms. F.* ignorat δὲ a pr. m. et orationem ante ἀλλὰ προσπταίσας interpungens, leviter incidit post μεγάλως, haud sane incommode.

CAP. XVII. Lin. 2. πολιδόρως) Est hoc in *Medic.* et *Suida.* ἰπολιδόρως in aliis. *Wess.* — Cum *Med.* facit *F.* sed *Paris.* omnes aoristum tenent. *l. 4.* ἰσιβαλε) ἰσιβαλε *Arch. Wess.* — Sic et *Pb. Pd. Pe.* *l. 6.* αὐλοῦ) αὐλοῦ *Athen.* p. 517. et 727. [lib. XII. c. 12. et XIV. 24.] quod et in *Prisciano*, p. 1211. *Wess.* *Ibid.* γυναικίου τε καὶ ἀνδρείου) Ex *Suidas* sumtum est quod legitur. Vulgo γυναικίου. *Wess.* — At ionicam formam praefereunt etiam nostri mss. *F. Pa. Pc.* *l. 8.* ἀπίστω) Ita *Stephani* ora, *Remig. Medic. Etonens.* et *Suidas.* κατίστω cum *Aldo Pass.* et alii. *Wess.* — ἀπίστω tenent *F. Pa. Pc.* *l. 9.* ἰσάμηναι) ἰσάμηναι *Medic.* et *Suidas.* In *Ald. Arch. Paris. B. Vindob. Ven.* et *Pass.* est ἰσάμηναι. *Remig.* ἰσάμηναι et *Paris.* unus. *Wess.* — Mendose ἰσάμηναι *Pc.* ἰσάμηναι *F. Pa. Pd. Pe.* quod merito revocavit *Reiz.* quum ex ed. *Gron.* ἰσάμηναι tenuisset *Wess.* *l. 9* seq. καὶ τὸν καρπὸν τὸν ἐν τῇ γῇ) Septem voces omittit *Arch. Wess.* — τὸν post καρπὸν abest *Pb. Pd. Pe.* *l. 10.* διαφθεῖρην) διαφθεῖρην *Pd.* παραφθεῖρην ed. *Reiz.* operarum errore. *Ibid.* ἀπαλλάσσονται) ἀπαλλάσσονται *Arch.* et *Vind.* ἀπαλλάσσονται *Pass. Wess.* — Nostri nil mutant. *l. 12.* ἰπιδρως) Sic *Suidas.* Alii vocem in binas divellunt. *Wess.* — Perperam ἐν ἰδρως edebatur ante *Wess.* quae scriptura inde nata erat, quod in vetustis codicibus (velut in nostro *F.* a pr.

manu) hoc modo scriptum erat *ἰκιδης*, idque recte et ex prisco usu, scilicet unum quidem vocabulum, sed in cuius medio notabatur aspiratio cum qua vocalis illa pronuntiari debet. *Ibid.* εἶναι ἔργον) εἶναι ἔργον *Arch. Wess. l. 13. κατίβαλλε*) Literam, quæ in fine adiecta erat, ignorat *Pa. κατίβαλεν* simplici λ scribitur in *F. Pc. Pd. Pe. l. 14. ὁρμώμενοι* *Ald. Remig. Vindob.* bene. Ceteri ὁρμώμενοι. *Wess. — ὁρμωμ. F. a pr. m. ὁρμωμ. ex Med.* adsciverat *Gron.* et sic *Parisini* nostri omnes. *l. 16. ἰσβάλλων*) ἰσβαλὼν *Arch. Wess. —* Sic ἰσβαλὼν ed. *Schæf.* Nostri libri nil mutant, nisi quod mendose ἰσβάλλον scribitur in *Pe.*

CAP. XVIII. Lin. 3. ἦν τε Λιμενίων) Sic *Pass.* et alii omnes. Solus *Med.* ἦν τε ἰν Λιμεν. Citat *Suidas* in Τρώματα. *Wess. —* Citat idem *Suid.* in Διφάσια, et in Γύγης. Mendosum ἦν τε ἰν Λιμ. ex *Med.* religiose adsciverat *Gron.* Agnoscebat quidem eandem scripturam codex *F. a pr. m.* et vetus editio Mediolanensis *Suidæ* in Γύγης, sed apud eundem *Suid.* in Τρώματα et in Διφάσια recte ἦν τε Λιμ. exhibent libri omnes. *l. 6. ὁ καὶ ἰσβάλλων*) Placuit hoc, quod dedere *F. Pa. Pc.* Alii vulgo ἰσβαλὼν. *l. 7. στρατὴν*) Temere στρατὴν ed. *Reiz.* operarum errore. *Ibid. Σαδναίτης γὰρ οὗτος*) Sic edd. ante *Gron.* et sic *Pb. Pd. Pe. Σαδναίτης οὗτος γὰρ* ex ed. *Gron.* tenens *Wesselingius*, hæc adnotavit: „Sic *Med. Venet.*, γὰρ οὗτος ceteri, sed in *Arch. γὰρ* „defit.“ — Sed, qui οὗτος γὰρ scribunt, quorum in numero sunt nostri codd. *F. Pa. Pc.*, hi orationem sic distinguunt, στρατὴν Σαδναίτης οὗτος γὰρ etc. Unde nasci suspicio poterat, temere ex ora veteris alicuius libri huc invectum esse nomen Σαδναίτης, paulo ante jam recte suo loco positum. *l. 12. εὐδαμῆ*) εὐδαμῆ *Arch. Wess. —* Sic et *Pd. Ibid. συνεπιλάφρυνον*) συνεπιλάφρυνον *Aldus* et *Paris. C.* item *Pass.* et *Oxon. Wess. —* συνεπιλ. nonnisi ex nostro *Pe.* enotatum est. Cod. *F.* et alii in συνεπιλαφρ. consentiunt, quod primus edidit *Steph. l. 13. δι τὸ ὁμοῖον*) δι καὶ τὸ *Arch. Vind. Wess. —* ὁμοῖον hoc accentu scriptum dedere *F. Pa. Pc.* sic et ed. *Schæf.* Alii vulgo ὁμοιον. *l. 15. συνδιήνεικαν*) συνδιήνεικαν *Vind. Wess.*

CAP. XIX. Lin. 4. συννείχθη) συνείχθη *Vind.* συνήχθη *Arch. Wess.* — συννείχθη *F.* cum schol. interlin. συνίχθη. *l. 4.* 'Ασσησίης) 'Ασισίης *Ald. Polyaen.* prave. *Wess.* — 'Ασσησίης *ed. Steph. 1.* 'Ασσησίης *ed. Steph. 2.* et seqq. 'Ασισίης *F.* a pr. m. sed 'Ασσησίης correctum, quod est in *Pa. Pc.* 'Ασισίης *Pb. Pd. Pe.* Sed paulo inferius in 'Ασσησίης consentiunt omnes. *Ibid.* ἀφθίς) In *F.* primum erat ἀφείς, superne vero adpicta litera θ, ab eadem puto manu. *l. 4.* νηός) Atticam formam νιός *h. l.* praefert *F.* (sicut τὸν λεῶν omnes *I. 22.* et *II. 129.*) sed paulo ante, et paulo post, tenet νηού et νηόν. *l. 5.* τὸ παραντίκα disiunctim scripsi cum cod. *F.* et aliis. Sic et cap. seq. ἐς τὰ μάλιστα. Vulgo τοπαραντίκα, et ἐς ταμάλιστα. *l. 6.* Σάρδης) Ut supra, sic et *h. l.* et alibi Σάρδης dant mss. nonnulli, sed alii Σάρδης cum editis tenent. *l. 8.* νούσεν commode *edd.* et sic post pauca iterum, neque aliud quid adnotavit *Wesseling.* At nostri tamen codd. *F. Pa. Pc. Pc.* utrobique νόσον praeferunt. *l. 9.* πίμψαντα) Sic *Med.* non sine correctione, [scil. syllaba τι ab alia manu superne inposita, ut docuit *Gronov.* ad *IV. 81.*] *Remig. Paris. A.* Alii πίμψαντι. *Wess.* — In πίμψαντα consentiunt libri nostri; unus *Pd.* πίμψαντι praefert cum editis ante *Gron.* *l. 12.* ἀνορθώσωνσι iidem mss. *Med. Remig. Paris. A.* ἀνορθώσουσι *Aldus* atque alii. *Wess.* — Cum *Aldo* faciunt *Pb. Pd. Pe.* Pro *Med.* stant *Pa. Pc. F.*

CAP. XX. Lin. 2. προστιθείσι) προστιθήσιν malles; sed nil mutant libri. *l. 3.* τὸν Κυψέλλου) τὸν τοῦ Κυψέλλου *Arch. Wess.* — τὸν Κυψέλλου *Pb. Pd. Pe.* *l. 4.* πυθέμενον) πυθόμενον *Venet. Wess.* — Sic et *Pb.* πυθόμενον *Pd. l. 6.* παρὸν recte *Medic.* et *Remig.* παρὸν vulgo. *Wess.* — παρὸν etiam *F. Pa. Pc.*

CAP. XXI. Lin. 1. ἐξαγγέλθη scripsi cum *F. Pa. Pc.* Vulgo ἐξηγγέλθη. *l. 2.* κήρυκα) κήρυκας omnes. κήρυκα *Med.* nec sine correctione; [nempe; ab alia manu adiectum;] placet tamen. *Wess.* Tum idem *Wess.* in *Addendis*: „κήρυκας *Pass.* plurium exemplo.“ — Sic sane *edd.* ante *Gron.* quibus tamen non nisi unus *Pe.* ex nostris accedit; caeteri quinque recte singularem praeferunt. *l. 3 sq.* χρένον ὅσον ἄν) ὅσον ἂν χρένον *Pc.*

l. 4. ἐς τὴν Μίλκτον ἦν) ἦν pro ἦν ed. *Schaeff.* et *Borh.* ex *Valchenarii* praecepto. l. 5. προσηγυσμένος) Sic *Medic.* ora *Steph.* et *Parisin.* duo. προσηγυσμένος plerique omnes. *Wess.* — Cum *Med.* faciunt *F. Pa. Pc.* item *Pb.* ni fallunt excerpta. l. 6. μέλλοι) Sic *Med. Arch. Paris. A.* In aliis μέλλει. *Wess.* — μέλλοι praefert *F.* et *Parisini* (quod sciam) omnes. l. 7. τοῖσδε) τοῖσδε plures. Vulgatum est in *Stephani* margine, *Remig. Medic.* et *Parisinis* duobus. *Wess.* — τοῖσδε habent *Pb. Pd. Pe.* cum editis ante *Gron.* l. 8. πάντα συγκαμίσας) Ita *Medic. Remig. Steph. ora, Paris. A. B.* ἅπαντα συναγαγὼν *Aldus, Pass.* et alii; ex interpretatione, ut suspicor. *Wess.* — Receptam scripturam tenet *F.* cum *Pa. Pc.* l. 10. χρῆσθαι *Remig.* et margo *Steph.* quod probō. χρῆσθαι vulgo. *Wess.* — χρῆσθαι firman-
t *F. Pa. Pc.* quibus mireris non accedere *Mediceum*, e quo quidem in olim edito χρῆσθαι nil mutavit *Gron.*

CAP. XXII. Lin. 2. προσηγόμεναι scripsi cum *F.* et *Pa.* pro vulgato προσηγόμεναι: pro quo (ut monuit *Wesseling.*) προσηγόμεναι habet *Arch.* et προσηγόμεναι *Ven.* quod est etiam in *Pb.* et *Pd.* Ib. εἴνεκεν) εἴνεκα vulgo. Quod editum est, debetur *Medic.* et orae *Steph. Wess.* — εἴνεκεν etiam *F. Pa. Pc.* l. 3. Σαρδηνός) Est ex *Medic. Remig. Stephani* ora, et *Paris. A. B.* Vide cap. 79. et 83. huius libri, et Inscript. *Rich. Pococke* p. 85, 5. Σαρδηνός vulgo, et sic *Pass. Σαρδύτιος Arch. Wess.* — Σαρδηνός noster *F.* et *Pa. Pc.* Σαρδῆνιος *Pb. Pd. Pe.* Ibid. σωρὸν edd. inde a *Steph.* σωρὸν *Ald. Pb. Pe.* conf. Etymol. pag. 742. V. 5. εἴπας *Medic. Parisin.* duo, *Steph.* margo. εἰπὼν alii. εἰσπῶν, utroque coniuncto, *Vindob. Wess.* — εἰπὼν *Pb. Pd. Pe.* εἴπας *F. Pa. Pc.* cf. *Gregor.* dialect. ion. §. 72. l. 6. ταῖς ἐντολαῖς τοῦ Ἀνδρῶ) τοῦ Ἀνδρῶ ταῖς ἐντολαῖς *F.* Ibid. ἀπῆλθεν) ὑπῆλθεν *Pass. Vind. Ven. Wess.* — Sic et *Pb. Pd.* Alii vulgo ἀπῆλθεν, sed ἀπῆλθε *Pa.* absque v. in fine. l. 8. ἐκπίζων γὰρ etc.) Citat *Priscianus* lib. XVIII. p. 1179. Ibid. σιτοδείην) σιτοδείην *F. Pa. Pc.* σιτοδῆν *Pb. Pd.* l. 9. λεῶν tenent omnes. In uno *F.* mendose primum scriptum erat νῶν, tum correctum ab alia manu λεῶν, et inter lineas

λαίν. *Ibid.* τερῦσθαι) τερῦσθαι *Vind. Arch. Wess.* — Sic et *Ald.* et *Ph. Pd. Pe.* quod ex τερῦσθαι deflexum. Vulgo τερῦσθαι edd. inde a *Steph.* et sic *F. Pa. Pc.* l. 11. κατιδόναι) ιδόναι *F. Pa. Pc.* l. 15. κατὰ μὲν τὸν πρὸς Μελ.) Sic ms. *Arch.* referente *Wess.* idque ipsum tenent nostri codd. *F.* et *Pa.* recte. conf. c. 70. et 92. huius libri: neque aliud debuerant ii codd. in quibus (sicut in nostro *Pc.*) pro κατὰ perperam καὶ τὰ scriptum; quo ex errore prognata videtur scriptura hucusque vulgata, καὶ τὰ μὲν κατὰ τὸν πρ. Μελ. quam alii praeferunt codices. l. 16. Ἀλωάττη) Ἀλωάτης *Arch.* quod nequam prorsus. *Wess.*

CAP. XXIII. Lin. 1. Κυψέλου) Κυψέλου rursus *Pb. Pd. Pe.* l. 3. ὁμολογίονσι δὲ σφι) ὁμολογίονσι τε σφι *Pc.* non male. l. 4. θῶμα) Sic meliores libri, ut alibi, absque punctis diaereticis. θῶμα vulgo. θῶμα h. l. *F.* sed superne adiecto v ab alia manu. l. 9. διδάξαντα) διδάξαντα *Pe.* nempe ex interpretamento.

CAP. XXIV. Lin. 1. Ἀρίονα) Mendose Ἀρίονα h. l. ed. *Wess.* Ἀρίονα *Pd.* l. 2. τὸν πολλόν τοῦ χρόνου) τὸ πολλόν τοῦ χρόνου *Pass.* cum *Oxon.* neque improbe. *Wess.* — Alii nil mutant. *Ibid.* παρὰ Περμάνδρῳ) σὺν Περ. *Arch.* l. 10. μὲν σφι προείντα) Sic *F. Pa.* item *Pc.* nisi quod σφιν scribat. Vulgo μὲν προείντα σφι. l. 11. τούτοις) τούτοις *Arch.* cui solemne in hoc genere v finale. *Wess.* l. 12. ταφῆς ἐν γῇ τύχη) ταφῆς *Vind. Wess.* — Abest in γῇ *Pe.* τύχει pro τύχη *Pd.* l. 15. δουλοῖ) δουλοῖ *Pe.* *Ibid.* περιιδέειν) Sic *Pe.* cum edd. περιιδέειν *F. Pa. Pb. Pc. Pd.* Mox αὐτὸν abest *Pe.* *Ibid.* σκυῖ. Vitiose σκυῖ *Pc.* l. 16. ἰδωλοῖσι) ἰδωλοῖσι *Med.* In *Pass.* et ceteris omnibus ἰδωλοῖσι, etiam *Suidas* ex hoc loco. *Harpocration* ex *Herodoti* lib. 1. ἰδωλοῖσι, in Ἐδωλοῖσι. *Wess.* — ἰδωλοῖσι cum *Med.* et h. l. et paulo post habet etiam cod. *F.* sed superne indicatur altera scriptura ἰδωλοῖσι ab eadem, ut videtur, certe ab antiqua manu. Caeterum *Notas* vide. l. 17. κατεργάσασθαι) κατεργάσασθαι *Pa. Pc.* Vulgatum tenet *F.* l. 19. ἐνδύντα τε) ἐνδύντα τε *Pb.* l. 21 ὄρθιον) ὄρθιον *Arch. Vind. Wess.* — Sic et *Pb. Pd.* frequenti et alibi errore librariorum in hoc vocab. l. 23. σκυῖ) στολῇ *Pe.* l. 24. ἰς Κόρινθον)

Sic *Med.* ἐς τὴν Κόρινθον *Pass.* et alii omnes, sicuti et ἐς Ταίναρον. *Wess.* — Scilicet ante *Gron.* h. l. ἐς τὴν Κόρινθον edebatur; et paulo post, ἐς Ταίναρον: et sic *Pb.* *Ald. Pe.* et ἐς τὸ Ταίναρον *Pc.* Sed ἐς Κορ. absque artic. cum *Med.* exhibent *F. Pa. Pc.* tum ἐπὶ Ταίναρον *F.* et *Pa.* l. 28. μετιόντα) μετιόντα *Venet. Wess.* — Mendosum erat μετιόντα, quod dabat *Ven.* sed mendosius μετιόντα *Pb.* iunctâ utrâque scripturâ. *Ibid.* ἀνακτῶς citat *Suidas* in hoc vocab. *Wess.* l. 31. περὶ Ἰταλῶν) περὶ τὴν Ἰταλ. plerique omnes. *Wess.* — Nempe sic edd. ante *Gron.* Sed articulum cum ms. *Medic.* ignorant nostri *F. Pa. Pc.* itemque *Pe.* ni fallunt excerpta. *Ibid.* πρήσσοντα) πρήστοντα *Arch.* πρήστοντα *Vind. Wess.* l. 33. καὶ τοὺς, ἐκπλεγ.) καὶ τοὺς μὲν ἐκπλ. *Pc.* l. 34. Κορίνθιοι τε) Caret τε *Pe.* l. 35. Ἀρίωνος ἵστι) Sic edd. omnes. Ἀρίωνος ἵστιν *F. Pa. Pc. Pb. Pe.* l. 36. οὐ μέγα) Desit οὐ *Vall. Remig. Arch.* et *Vind.*, sine caussa. *Wess.* — Abest etiam οὐ *F. Pa. Pc.* Vulgatum autem tenuit *Gron.* nihilque ex cod. *Medic.* adnotavit.

CAP. XXV. Lin. 6. θίης ἄξιον laudat et explicat *Eustath.* in *Hom.* p. 626, 52. *Wess.* — *Eustath.* *Iliad.* ζ. p. 481. ed. Bas. ubi vitiose ὁ δὲ κερὸς, pro ὁ δὲ κερτήρ. *CAP. XXVI. Lin. 1.* ἐξέδικατο) διέδικατο *Ammon.* in *Τύραννος.* *Wess.* l. 2. ἰών) ὦν *Venet. Arch. Wess.* — Sic *Pe.* l. 4. πολιορκούμενοι) πολιορκεύμενοι *Pa. Pc.* πολιορκεύμενοι *F.* quae scriptura etiam in *Pa.* inter lineas indicatur. Mox ὅν' αὐτοῦ caret *Pc.* l. 6. τῆς τε παλαιᾶς) Sic *Med.* Encliticam plerique alii ignorant. παλαιᾶς *Ven. Arch. Wess.* — Cum *Med.* consentiunt nostri libri. l. 9. ἐν μέρει) ἐν μέρεϊ ed. *Schaeff.* et *Borh.* Puncta diaeretica in hoc vocab. ignorat *F.* et alii cum superioribus editt. l. 11. ἱπαιτιώμενος) ἱπαιτιόμενος *Pc.* *Ibid.* κῆτιον, ut solent Iones, *Ald. Vind. Remig. Venet.* atque alii. αὐτῶν *Med. Arch. Wess.* — Tenent quidem αὐτῶν etiam *F.* et quinque *Paris.* et sic saepe alibi omnes. Pro μέζονας et μέζονα est μέζονας et μέζονα in *F.* sed a sec. manu. l. 12. φαῦλα tenent libri omnes; pro quo unus *Schaeff.* formam Ionibus magis propriam φλαῦρα posuit.

CAP. XXVII. Lin. 2. κατιστράφατο) κατιστρέφεο *Pe.* male. *l. 3.* ἰόντων) μόντων *Arch. Wess. l. 5.* ἐς Σάρδεις) ἐς Κροίον *Ald. et ora Steph. ἐς τὰς Πίρσας Pass.* absurde. *Wess. — ἐς Σάρδεις* primus in contextu posuit *Steph.* in ed. sec. et sic *F. Med. et alii. ἐς Σάρδεις Pa. Pc. ἐς Πίρσας Pb. Pd. ἐς Κροίον Pe. l. 6.* εἰρημένου Κροίον) Sic *Med. Remig. Venet.* Reliqui εἰρημένου δι Κρ. *Wess. —* Importunam particulam e nostris codd. non nisi *Pd. et Pe.* habent. *l. 9.* ἔχοντες ἐν νῶ) ἐν νῶ ἔχοντες *F. l. 14.* ἱππινομένους) ἱπποδυομένους *Remig. Wess. l. 15.* οἰκῶτα) οἰκῶτα *Ald. Paris. B. Venet. Arch. Vind. Remig. Medic. oikῶta Pass.* cui primas darem. *Wess. —* Scil. οἰκῶτα cum *Ald. et Steph.* iam ediderat *Wesseling.* priusquam scripturam codicis *Pass.* cognitam habuisset, de qua post in *Addendis* monuit. Inde οἰκῶτα adscivit *Reiz. et* tenere *Schaeff. et Borh.* recte; nam et aliās hanc verbi formam frequentat Herodotus, eandemque h. l. praeferunt nostri codd. *F. et Pb.* forsā et alii. *l. 17.* ἀείρωμένοι) ἀρώμενοι editum est ex *Aldo, Etonens. Med. Arch. Vind. Venet. Paris. duobus* et ora *Steph.* In *Remig. ἀρώσθαι* et *Paris. A. et ed. Steph. Wess. — ἀρώμενοι* post *Aldum* in contextum reposuit *Gronov. et* tenere *Wess. Reiz. et Borheck.* et praeferit hoc noster *F.* cum *Pb. Pd. Pe. ἀρώσθαι* vero habent *Pa. et Pc. et γρ. ἀρώμενοι* ora *Pa. ἀρώσθαι* ex edit. *Steph.* revocavit *Schaeff.* sed ita ut deleteret praecedens εὔχισθαι. αἰωρεομένους corrigebat *Toup. ἀράμενοι Reisk.* sed notione longe diversa ab ea qua nos nostrum ἀείρωμενοι accipimus. *l. 23.* ξενίην συνθήκατο) Citavit ex h. l. *Suidas* in *Ξενίην*, et *Ξενίην* scribit etiam *Pc.*

CAP. XXVIII. Lin. 1. ἱππυνομένου) ἱππυνομένου *Arch. Wess. — ἱππυνομ. F. et Pc.* sed in *F.* superne indicatur scriptura ἱππυνομ. *l. 4.* ὑπ' ἰωνῶ) ὑπ' est ex *Med.* Ceteri ὑπ'. *Wess. —* Scil. ὑπ' edd. ante *Gron.* quod revocarunt *Schaeff. et Borh.* sed ὑπ' tenent nostri *Paris. et F. l. 5.* Λυδοί) Uncis hoc vocab. inclusit *Reiz.* prorsusque eiecit *Schaeff. et Borh. Ibid. Μαριανδανοί*) Μαριανδανοί *Arch. Μαριανδανδοί Vind. Wess. — Μαριανδανοί Pb. Pd. Μαριανδανοί F.* sed super π positum v ab ead. manu. *Ibid. Χάλυβες, Παφλ. etc.* Citat *Eustath.*

in *Dionysii Perieg.* vs. 322. *Wess.* l. 6. Θρήϊκας) Sic disiunctim *F.* et alii. Olim Θρήϊκας edd. *Ibid.* οἱ Θυνοὶ τε) Θυνοὶ τε *Arch.* Ἰθυνοὶ τε *Remig.* *Wess.* — Θυνοὶ τε, absque οἱ, *Pe.* Ἰθυνοὶ τε *F. Pa. Pc. Pd.*

CAP. XXIX. Lin. 3. Σάρδεις) Sic *F.* et *Pa.* cum edd. Σάρδεις *Pc. Pd. Pe.* et sic iidem atque etiam *Pa.* alibi passim. *Ibid.* ἄλλοι τε οἱ πάντες) τε deest *Vind. Wess.* l. 5. αὐτῶν omnes. αὐτῶν *Med. Wess.* — Tenent tamen αὐτῶν nostri *Pa. Pb. Pc.* et *F.* Paulo ante, deest ἑνὶ-χαιος *Pe.* l. 6. Σόλων) Σόλων *F.* a pr. m. et sic dein constanter, sed correctum a sec. m. Σόλων. l. 8. ἵνα δὲ μὴ τινα) Sic *Medic.* Ceteri plerique ἵνα μὴ δὲ τινα, levī discrimine. *Wess.* — Cum *Med.* facit *F.* et *Pa. Pb. Pc. Pe.* l. 11. ἂν σφί) σφίσι omnes ferme. σφί *Medic. Wess.* — ἂν σφίσι ed. *Wess.* cum aliis ante *Gron.* ἂν σφίσι ed. *Reiz* et *Borh.* et sic h. l. ms. *F.* qui aliās breviorē formam σφί praefert, quam hic reposui cum *Schaeff.* et cum mss. *Pa. Pb. Pd. Pe.*

CAP. XXX. Lin. 1. αὐτῶν δὲ ὧν τούτων) Ita *Medic. Remig. Vind. Arch. Paris.* ora *Steph. Venet.* αὐτοῦ δὲ ὧν τούτου vulgo. *Wess.* — Cum *Med.* faciunt nostri libri omnes, excepto *Pe.* in quo αὐτοῦ δὲ οὐν τούτου. l. 2. εἴησαν iidem qui supra. In *Aldo* et paucis ἔησαν. *Wess.* — εἴησαν tenent nostri. l. 3. Ἀμασιν) Ἀμασι *Ald.* vitio operarum. *Wess.* — Correxerit *Steph.* l. 4. ὑπὸ τοῦ Κρόνου) Articulus defuit *Arch.* qui mox ἡμίσην ζεῖσην ἢ τετάρτην, probante *Galeo*, sine caussa. μετὰ δὲ ponitur absolute, ut passim. *Wess.* l. 7. ἐπιδείκνυσαν) Sic cum *Med.* plerique omnes. [etiam nostri.] ἀπιδείκνυσαν *Veneth.* ἐπιδείκνυσαν *Aldus* eumque secuti. *Wess.* *Ibid.* ἰόντα) μεγάλα ὄντα τε *Pe.* l. 8. θησαύμενον *Pass.* quale lib. III. 24. IV. 87. etc. *Wess.* — Alii vulgo θησαύμενον edd. et mssī: sed vel ex uno vet. cod. recipiendam putavi rariorem formam Ionicam, praeceunte *Schaeff.* et *Borh.* Conf. cap. 10, 6. *Ibid.* τὰ πάντα καὶ σκευάμενον. Sic *Arch. Medic. Remig. Vind. Stephani* margo, *Paris.* Vulgo [ante *Gron.*] πάντα ἰόντα μεγάλα τε καὶ σκευάμ. praece- dentibus perperam iteratis. *Wess.* — Veram scripturam tenent *F. Pa. Pb. Pc.* l. 10. περι σίω) περι σίω *Venet.* et *Pass.* non male. *Wess.* — Sic et *Pb. Pd.*

Pe. et ed. *Schaeſ.* et *Borh.* l. 11. σοφίης εἶναι) σοφίης εἶναι *Pe.* sed mox idem διαφίης εἶναι. l. 12. γῆν πολλήν *Paris. A. B. Remig.* τὴν πολλήν *Medic.* [et sio ed. *Gron.*] τὴν πόλιν *Vaticanus* unus, nam ceteri quatuor τῆς πολλῆς, ut *Arch. Vind. Paris. C. Venet. et Pass.* cum *Aldo. Wess.* — γῆν πολλήν recte *F. et Pa. Pc.* l. 13. ἡμερος ἐπιτρέσθαι μοι ἐπῆλθι, εἰ etc.) Sic scribi in *Arch. Vind. Venet. et Pass.* docuit *Wess.* quod adoptavi cum *Schaeſ.* et *Borh.* probante *Valck.* ad VII. 46. Consentit noster cod. *Pb.* puto et *Pd.* et *Pe.* Vulgo inde ab ed. *Steph.* legebatur ἡμερος ἐπιτρέσθαι με ἐπῆλθι εἰ, vel ἐπῆλθι σε, et sic *Med. Pa. Pc.* In *F.* mutata verborum series hoc modo, ἐπιτρέσθαι με ἡμερος ἐπῆλθι σε. In ed. *Ald.* ἡμ. ἐπιτρ. με ἐπῆλθι, absque σε. l. 15. ἐπιτρέσθαι ms. *Pass.* ex more dialecti et scriptoris. *Wess.* — Sic et *Pb. Pc. Pd.* item *F.* inter lineas. Alii ἐπιτρέσθαι, et sic editt. omnes, etiam ed. *Wess.* Unus *Schaeſ.* ἐπιτρέσθαι scripsit, Jonismo nimis etiam indulgens. l. 17. ἀποθωμάσας) ἀποθωμᾶσας omnes cum *Aldo.* ἀποθωμάσας *Medic. Wess.* — ἀποθωμ. adoptavit *Gron.* nec ita male. Habet hoc et cod. *F.* mutatâ quidem verborum serie, Κροῖσος δὲ ἀποθωμάσας: sed ἀποθωμ. idem inter lineas. Diaeresin diphthongi ου ignorare libros veteres, iam plus semel monui. l. 18. ἐπιστροφίως citat *Suidas* in Voce. *Wess.* — ἐπιστροφίως *F.* l. 20. τοῦτο μὲν) Sic *Remig.* In *Vind.* τῷ μὲν. In aliis omnibus τοῦτο μὲν. *Wess.* — Ita edd. ante *Wess.* omnes, Τόδω τοῦτο μὲν etc. Sed τοῦτο μὲν recte nostri mss. *F. Pa. Pc.* *Ibid.* εὐ ἡκούσης) ἡκούσης in marg. tantum *Arch. Wess.* — Citat verbum ex h. l. *Suidas* cum *Glossatore*, a quo et accepit *Gregor.* dialect. ion. §. 87. ἡκούσι hic legendum censet *Wyttēnb.* ut paulo post. *Ibid.* pro ἡκού edidit *Schaeſ.* invitis hoc quidem loco, et saepius alibi, libris omnibus. Utrâlibet, puto, formâ promiscue uti licuerat Herodoto. conf. Var. Lect. ad c. 31, 7. l. 22. τοῦτο δὲ *Remig.* τοῦτο δὲ *Med.* εἰς τοῦτο δὲ *Pass.* et ceteri cum *Aldo. Wess.* — Cum *Remig.* (quem merito secutus est *Wess.*) faciunt *F. Pa. Pc.* Mox quatuor verba, ὡς ἐν παρ' ἡμῶν, desunt *Pe.* Perperam παρ' ἡμῶν *Pa. Pc.*

CAP. XXXI. Lin. 2. εἶπας) εἶπεν *Arch. Vind.* Wess. — Nostri nil mutant, nisi quod mendose εἶπας scribitur in *Pb. Conf. Greg. dial. ion. §. 72. Ibid. ἐπιγῶτα*) Sic rursus *Pass.* ut paulo ante. Wess. — Sic et *Pb. Pd. Pe.* jonismum servantes. Vulgo iterum ἐπιπρώτα edd. *l. 3. πάγχυ*) In *Arch.* videtur olim fuisse πάμπαν: est enim in correctione πάγχυ. *Vindob. παγίαν*, Wess. *δευτερεῖα*) *δευτερήια* ed. *Schaeff.* invitis libris omnibus. *l. 4. Κλέβιν τε* *Arch.* et *Pass.* verissime. *Κλέβιν τε* alii omnes Wess. — vocalem ο brevem tenent nostri *F. Pa. Pc. Pd. Pe.* et *Pd. et Pc. l. 7. ἴσαν*) ἴσαν *Vind.* et alii; sed male, et contra Iónum morem, etsi ita saepe ante. Vide *Etymol. p. 381.* Wess. — ἴσαν h.l. dabant edd. omnes, cum quibus facit unus noster *Pe.* Reliqui quinque ἴσαν praeferunt; ne id quidem omnino male. Vide supra ad c. 30, 20. *l. 8. ὧδε ὁ λόγος*) Sic *Medic. Remig. Vindob. Paris.* duo, probe. In reliquis ὧδε λόγος. Wess. — ὧδε ὁ λόγος tenent *F. Pa. Pc. l. 10. παρ-γίνοντο*) *παργίνοντο* *F. Pa. Pc. l. 11. ἐκκληϊζόμενοι.*) Sic *Medic. Remig. Vind. Paris. A.* Alii cum *Pass.* ἐκκληϊζόμενοι. Wess. — Cum *Med.* faciunt *F. Pa. Pc.* Mox, pro νηῖαι, habet νεαῖαι *Pa.* Tum *l. 13. ὥχίτρο* *Pc. Pc.* pro ὥχίτρο. *l. 14. τισσιγάκοντα*) Sic bene *Med.* Vulgo τισσαράκοντα. Wess. — τισσαρ. tenent nostri mssti, excepto *Pe. Ibid. ἐς τὸ* *Med. Vindob. Paris. Arch. Venet. ἐπὶ τὸ* in aliis. Wess. — ἐπὶ unus noster *Pe.* Reliqui ἐς. *l. 15. πανηγύριος* recte *F.* cum aliis, sed *πανηγύριος* *Pa. Pc. l. 19. νηπίων* est et in *Remig. et Paris. B.* sicut in *Medic. τυκίων* in *Pass.* et ceteris, uti in *Aldo.* Wess. — νηπίων *Pa. Pc. νηπίων* *F. Pd.* sed in *F.* primum fuisse videtur νηπίων. *τυκίων* *Pb. Pc.* Mox, τὴν γνώμην *Med. et Paris.* duo. τὴν γνώμην reliqui. Wess. — τὴν γνώμην *F. a. pr. m.* sed τὴν γνώμην ex correct. quemadmodum editum erat ante *Gron.* et id ipsum τὴν γνώμην diserte etiam et singulatim ex quinque nostris *Parisinis* enotatum est. *l. 22. Κλέβι τε*) *Κλέβι τε* omnes. Wess. — At ο breve tenent, sicuti supra, mss. *F. Pa. Pc. Pc. l. 23. seq. δοῦναι τὴν θεὸν*) τὴν θεὸν δοῦναι *F. Pa. l. 24. τυχεῖν ἄριττόν ἐστι*) ἄριττόν ἐστι τυχεῖν *Pc. l. 26. ἵππ)* ἵππ *Arch. Wess.*

CAP. XXXII. Lin. 2. επιχθεις) In margine *Pass.* explicatur ταρχθεις, θυμωθεις, sicut in collectione Λικτων Herodoti. *Wess.* — Sic et *Suidas* in Voce, et *Gregor.* dial. ion. §. 88. l. 4. ιδιωτων omnes editi et scripti: in *Gronoviana* ανδρων neglectum. *Wess.* l. 5. το θιον παν etc.) το ανθρωπινον παν ουδαμᾶ ἐν τωυτω, επιμωτας των στωτου πρηγματων περι. Sic *Veneti* duo, offensi vulgatae sententiae. Citat Herodotea *Eustath.* in *Homer.* p. 690, 24. *Wess.* — *Eustath.* in *Iliad.* 4. p. 568, 1. ed. Bas. In nostro *Pe.* et *Pd.* est των στωτου πρηγμα sed caeteroquin nil mutant. l. 8. seq. ιδιων et mox παθιων *Ald.* *Remig.* *Vind.* quos sequor. ιδιων et παθιων *Med.* et *Arch.* Agit de hoc loco copiosissime *Rever. Horreus.*, Obs. ad Herod. c. 5. Adde *Stob.* [cap. 103.] p. 564. ubi haec citantur. *Wess.* — ιδιων et παθιων habet unus noster *Pe.* Caeteri cum *Med.* faciunt. l. 9. ζων) ζωνς *Arch.* sine caussa. *Wess.* — Cum *Arch.* h. l. faciunt *F. Pb. Pd.* l. 12. γινωμενου) Sic pro vulgato γενομενου scripsi cum *F. Pa. Pc.* l. 13. τουττερον) τουττερον *Pa.* τουττερον corr. *Wyttenb.* sed nihilominus alios quoque numeros in hac disputatione corruptos iudicat idem cum aliis viris doctis. Vide *Notas.* *Ibid.* εττων) εττων *Vind.* et *Arch.* in cuius margine εττων *Wess.* l. 16. τρηκοντα) Sic *Med. Vind. Arch.* In aliis τριακοντα, male. *Wess.* — Nostri libri omnes ionicam servant formam. l. 17. πεντηκοντα) *Valla* dedit quingentos, sed prave. *Wess.* *Ibid.* τουτων των bene *Med.* et *Stob.* τουτων των ceteri. *Wess.* — Paulo ante, in τουτων, cum masculino μηνων, consentiunt omnes; sed h. l. τουτων (in foem. gen.) cum *Med.* recte praeferrunt *F. Pa. Pc.* Mox, pro ημερων, mendosum ημεριων ex *Vind.* notavit *Wess.* l. 19. εξαυσχιων και δισημιγων) Ita *Med.* εξαυσχιων και δισημιγων vulgo omnes. *Wess.* — *Mediceum* h. l. deserunt omnes nostri. l. 21. ομοιων scripsi cum *F. Pa. Pc.* et sic ed. *Schaeff.* et *Borh.* In aliis ομοιον. Cum eodem *F.* το παρᾶπαν disiunctim scripsi, pro vulgato τοπαρᾶπαν. *Ibid.* προσᾶντι) εισᾶντι *Stob.* et *Theo.* *Wess.* Ead. l. ουτω αν, δ Κροισι) ουτως αν, δ Κρ. *Vind.* et *Arch.* ουτω δ Κρ. *Stob. Gronovius* δ neglexit, quod omnes probant et *Pass.* etiam cum

aliis agnoscit. Wess. — Sed ἰδ cum *Med.* et *Gron.* ignorant etiam *F. Pa. Pc.* l. 22. πῶν ἰστί) Sic *Med.* *Vind. Ven. Paris. Ald.* et his *Stobaeus*. [*Stob.* eodem cap. 103. p. 563. et 564.] πᾶς ἰστί *Arch. Rem. Theo Progymn.* p. 64. *Clem. Alex. Strom.* III. p. 517. Wess. — Nostri omnes vulgatum tenent. *Ibid.* συμφορή) συμφορῇ *Ald.* Wess. — Cum *Ald.* faciunt *Pb.* et *Pc.* συμφορῇ correxit *Steph.* ξυμφορῇ scribitur in *F. Pa. Pc. Ead.* l. πλουτίει μὲν) πλουτίειν *Med. Vind. Arch. Remig. ora Steph. Ven. Eton. Stob.* qui optime omnium πλουτίειν μὲν, quod revocavi. πλουτίων ceteri. Wess. — πλουτίειν tenent *F. Pa. Pb. Pc.* sed μὲν particulam, quam unus dedit *Stobaeus*, ignorant edd. ante *Wess.* et mssii omnes. In *F.* deest etiam καὶ ante πλουτίειν. l. 23. seq. βασιλεὺς εἶναι πολλῶν) βασιλεὺς πολλῶν εἶναι *F.* l. 25. πρὶν ἂν) Abest ἂν *F. Pa. Pc.* et *Stob.* l. 26. γὰρ τοι) γὰρ τι *F. Pb. Pc.* l. 27. εἰ μὴ οἱ τύχη) Sic *Med. Arch. Eton. Ald. Stob. Paris.* Vulgo [edd. ante *Gron.* inde a *Steph.*] εἰ μὴ ἡ τύχη. Wess. — εἰ μὴ οἱ ἡ τύχη *Pd.* Reliqui ἢ ignorant. l. 28. ἔχοντα) Hoc ex *Med. Stob.* ora *Steph. Vindob. Remig. Paris.* duobus. ἔχοντι *Pass.* et alii. Wess. — Cum *Pass.* et *Ald.* faciunt *Pb. Pd. Pc.* Cum *Med.* vero *F. Pa. Pc.* In *F.* tamen α est a rec. manu, ita quidem ut haud adpareat quid primum ibi fuerit. *Ibid.* τελευτῆσαι εὖ *Arch. Eton.* et *Stob.* εὖ τελευτῆσαι *Pass.* In aliis εὖ desit. Wess. — Deest εὖ *Pc.* et edd. ante *Wess.* εὖ τελευτῆσαι *F. Pa.* Ex caeteris *Paris.* nostris nullus ab ed. *Wess.* dissensus enotatus est. l. 31. ἀνάλβιος) ἀνολβος *Ven. Stob.* Wess. — Sic et h. l. *Pb. Pc.* Paullo ante quidem in ἀνάλβιοι consentiunt omnes: sed paullo post rursus ἀνόλβου habet *Stob.* et *Pb.* atque ibi etiam *F.* l. 32. μόνουσι *Stob.* satis bene, uti mox πολλοῖσι. μούνον vulgo. Wess. — μούνον cum editis ante *Wess.* tenent nostri libri; μόνον *Pc.* l. 34. τοῖσι δὲ) τοῖσι δὲ *Stob.* τοῖσι δὲ *Arch.* et *Pass.* Wess. — τοῖσι προέχει erat in ed. *Ald.* et sic noster *Pc.* Tum τοῖσι δὲ correxit *Steph.* quod tenuit *Wess.* et editores omnes ante *Schaeff.* nec vero id ullus ex nostris codd. agnoscit, nisi forsā *Pb.* Perperam τοῖσι τε habet *Pc.* sed τοῖσι δὲ *Pd.* τοῖσι δὲ *F.* In *F.* a pr. m. videtur fuisse τοῖσι.
Herod. T. I. P. II. C

α, sed nunc τοῦδε, ut in *Pa.* pro quo (mutato accentu ex grammaticorum praecepto) τοῦδε scripsi cum *Schaefer.* et *Borh.* l. 37. ἀπυρος scribitur in *Vaticano*, qui *Fulvii Ursini* fuit, a prima manu: in alio *Vatic.* item, sed ex correctione, antiqua admodum. In aliis omnibus ἀπυρος. *Wess.* — Unus noster *Pd.* ἀπυρος habet; reliqui ἀπυρος cum edd. ante *Wess.* quod et in ora *Pd.* Conf. vero Var. Lect. ad l. 196, 19. l. 40. τιλευτήση) τιλευτήσῃ *Pass. Wess.* — Sic et *Pb.* τιλευτήσῃ *Pe.* *Ibid.* ἐπισχίν) Sic *Ald. Vind. Remig.* In *Ven.* ἐπσχίν. *Med.* ἐπισχίν cum *Stob. Arch. Paris.* De differentia inter ὀλβιον et εὐτυχία *Ammonius* in voce prior. *Wess.* — ἐπσχίν ex *Mediceo* suo adsciverat *Gron.* et sic nostri mssstī, uno *Pe.* excepto, qui ἐπισχίν tenet. *Ibid.* καλίστη κα) καλ, pro κα, *Vind. Arch. Stob.* citra causam. *Wess.* l. 42. ἀδύνατόν ἐστι) Revocavi verbum ἐστι, quod veteres libri omnes agnoscunt, temere omissum in ed. *Gron.* atque inde in seqq. editt. l. 43. οὐδεμὴ) Sic *Venet.* (cuius excerpta hic designant) *Pass Remig. Ald. μη Arch. Vindob. οὐδεμία Med. Stob. Wess.* — In *Pa.* super οὐδεμὴ indicatur altera scriptura οὐδεμία, quam unice tenet *F.* qui constanter in hoc vocabulo vocalem α servat, nec umquam in η mutat. *Ibid.* καταρκίει) καταρκίειν *Arch Vindob. Pass.* l. 44. ἔχει) παρῆχει *Pd. Ibid.* ἱρίου δὲ ἐπιδέεται) ἄλλου δίδεται *Pe.* l. 45. ἔχει *Med Stob. Paris. ἔχει Ald. Remig. ἔχει Arch. Wess.* — ἔχει *Pc Pe. Ibid.* ἀρίστη αὐτῇ) ἀρίστη ἀρίστη *F.* l. 47. αὐτῶν) Sic *Ald. Remig. Vind.* In *Med.* atque aliis αὐτῶν. *Wess.* — αὐτῶν cum *Med.* et ed. *Gron.* tenent *F. Pa. Pc. Pd.* l. 49. τὸ ὄνομα) τὸ ὄνομα *Pa.* τὸ ὄνομα *Pc. Ibid.* ὁ βασιλεὺς solus *Stob.* ὡς βασιλεὺς omnes alii. *Wess.* — Nostri etiam libri omnes eodem errore contacti sunt. ὁ βασιλεὺς iam ex coniect. correxerat *Steph.* in ora edit. sec. idque merito in contextu posuit *Wess.*

CAP. XXXIII. Lin 1. λέγοντες Κροίους) λέγοντι τῷ Κροίῳ *Remig.* et *Paris. A.* Sed *Vatic.* et ceteri omnes λέγου τῷ Κροίῳ. *Wess.* — Hoc ipsum λέγου τῷ Κροίῳ tenuit *Wesseling* cum aliis editoribus; pro quo equidem cum *Geinozio* id posui, ex quo istud corruptum esse

mihī persuasi. Mox, duo verba οὗτι ἐχαρίσθη deérant cod. *F.* a pr. m. suppleta a manu recentiore. *l. 3.* ἀμαθία) ἀμαθής *Arch.* et *Valla.* ἀμαθία reliqui. *Wess.* — ἀμαθία firmant libri nostri omnes. ἀμαθής primus in contextu posuit *Wess.* et tenuere posteriores editores. Vide *Notas.*

CAP. XXXIV. Lin. 1. ἐκ θεοῦ) Sic *Med.* et *Paris.* duo. ἐκ θεῶν in *Pass.* et aliis. *Wess.* — Cum *Med.* consentit *F.* et *Pa.* Quis sit alter cod. *Paris.* qui θεοῦ praeferat nescio: certe ex *Pb. Pc. Pd.* et *Pe.* diserte scriptura θεῶν enotata est in nostris excerptis. *l. 3.* δι' οἱ) Carent δὲ *Pd.* et *Pe.* *l. 4.* ἀληθινήν) ἀληθείην *F. Pd.* ἀληθινήν *Pa. Pc.* *l. 6.* παῖδες) παῖδε *Pd.* *Ib.* γὰρ δὲ) Deest δὲ *Pe.* *l. 9.* ὁ ὄνειρος) Deest artic. *F. Pd.* *Ibid.* σιδηρῆν) σιδηρῆν *Vind.* σιδηρῆ *Arch.* *Wess.* — In *F.* a pr. manu fuisse videtur σιδηρῶν, sed correctum σιδηρῆν. Paulo post, ὁ δ' ἐπεὶ τ' vulgo scribebatur: scripturam plenam dedit ms. *F.* et sic ed. *Schaeff.* *l. 10.* ἐξηγήθη) ἐξηγήθη *Arch.* *Wess.* — ἐξηγήθη vulgo edd. omnes. Augmentum negligunt *F. Pa. Pc.* quos secutus sum. *l. 11.* καταβωδῆσας) καταβωδ. *F.* *l. 13.* ἔτι non est in cod. *Arch.* Mox τοιοῦτο *Medic. Paris. A. B.* Ceteri τοιοῦτον. *Wess.* — τοιοῦτον tenent *F. Pb. Pd. Pe.* *Ibid.* αἰώντια δὲ) δὲ non habent *Arch.* et *Vind.* Mox χρίωνται omnes, pro quo χρίωνται solet *Herodotus.* *Wess.* — χρίωνται h. l. habent *Pb. Pd.* sed utrâque formâ (si fides libris) promiscue usus est auctor, et ista quidem per o breve in melioribus libris frequentior occurrit. *l. 16.* συνίηται) συνίηται *Stephani* margo. *Wess.* *Ibid.* μὴ τι οἱ) In *F.* sic pinguntur accentus μὴ τί οἱ. In *Pa.* et *Pe.* μὴ τι οἱ.

CAP. XXXV. Lin. 2. τὰς Σάρδεις) Articulus in *Arch.* delit, et necessarius non est. *Wess.* — Tenent artic. codd. nostri omnes: tum nonnulli quidem Σάρδεις, sed *F.* et alii ionicum Σάρδεις firmant; quam quidem varietatem posthac silentio praetermittam. *Ibid.* ἐχόμενος) ἐχόμενος *Pe.* *l. 3.* γένος) γένος *F.* *l. 4.* οἰκία) Perperam οἰκία *Pb.* οἰκήματα *Pd.* *l. 5.* κυρῆσαι) Sic *Med.* et *Paris. A.* In *Pass.* et aliis ἐπικυρῆσαι: desideratur in *Arch.* nec est nisi in margine et manu recente. Vide *Horreum*, vulgatum defendentem. *Wess.* — Simplex κυ-

ἦσαι, quod et aliās frequentat Herodotus, habent *F.* et *Pb.* non *Pc* qui aliās Wesselingio *Paris. A.* est; is enim cum *Pa.* et *Pe.* ἐπικυρῆσαι tenet. ἐπικυρῶσαι *Pd.* sed alterum in ora. *l. 9.* Ὠνέρωσι) Est ex *Med.* et *Paris. A.* Ἀνέρωσι ceteri. Wess. — Ἀνέρ. unus noster *Pc.* Caeteri cum *F.* et *Med.* Ὠνέρ. *Ibid.* ἰών) ὦν *Arch. Wess.* — Sic et *Pd. Pe. l. 10.* ἐπιστοίς ἰμοί) ἐπιστοίς μου *F.* in quo quidem a pr. m. ἐπιστοίς fuisse videtur, ut est in *Pe. ead. l. τίνα τι*) τίνα δὲ *Pe. l. 12.* Γορδίω) Γορδίω *Pc.* Γορδίω *F.* *Ibid.* Μίδω εἰμι) In *F.* accentus a sec. manu sic positi Μίδω εἰμι, commode. Μίδω est in *Pd. l. 12.* οὐνομάζομαι) Sic commode ms *F.* ut edidit *Schaeff.* Vulgo alii omnes ὀνομαζ. *l. 13.* ἀδελφεόν) ἀδελφόν unus *Pe. l. 16.* τοῖσδε) Sic h. l. mss. et edd. ante *Schaeff.* qui τοῖσδε posuit, quem secutus est *Borh. l. 17.* ἀμνηστῆς citat *Thom. Mag.* in voce. Wess. — Perperam ἀμνηστῆς *Pe. l. 18.* ἐν ἡμετέρῳ) Sic *Medic.* et ora *Steph.* Vulgo ἐν ἡμετέροις. Wess. — In ἡμετέροις consentit *F.* et *Pe.* Caeteri ἡμετέροις tenent, quod et in *F.* inter lineas a recentiore manu. *Ibid.* συμφορὴν δὲ) συμφορὴν τι *F.* qui constanter particulam τι accentu notat. *l. 20.* ἐν Κρείσσῳ) ἐκ Κρείσσου ora *Steph. Remig. Vindob. Wess.* — Sic et *Pc* et *Pe.*

CAP. XXXVI. Lin. 1. Μυσίῳ) Μυσίων *Pd. ead. l.* Οὐλύμπῳ) Ὀλύμπῳ *Arch. Wess.* — Sic vero et *F. Pa. Pb. Pd. Pe.* Cum editis faciunt mss. *Med. Pb.* et alii. conf. c. 43, 3. Mox, in εὐός; nil variant libri, qui tamen mox (*l. 7.*) in ὑός consentiunt omnes, ubi εὐός sua auctoritate posuit *Borh.* Quod si semper in scriptura huius vocabuli constitisse sibi velis Herodotum, fuerit potius εὐός *l. 2.* in ὑός mutandum, et εὐν c. 43, 6. in ὑν, quippe in hanc vocis formam aliis omnibus in locis, quorum haud exiguus est numerus, constanter consentiunt libri omnes. *l. 2.* ὀρμώμενος *Remig. Vindob. Ald.* ὀρμώμενος in *Med. Paris Arch. Wess.* — ὀρμωμ. habent *Parisini* nostri omnes, sed ὀρμώμενος erat in *F.* a pr. m. in quo mire ὀρμώμενος ab alia manu. *l. 3.* οὐρεός *Ald. Vind. Arch. Remig. ὄρεός. Medic.* cum *Paris. Wess.* — ὄρεός *Pa. Pc.* sed οὐρεός *F.* cum aliis. *ead. l.* διαφθεῖρσας) διαφθ. *Pe. l. 4.*

πολλὰς) πολλάκις *Vind. Wess.* — Sic et *F. Pa. Pc. Pd. Pe.* ead. l. ἐξελθόντες) Sic *Med. Paris. A.* In reliquis ἐλθόντες, non magno discrimine. *Wess.* — Sic et *Pa. l. c. Pe.* sed ἐξελθ. *F. Pb. Pd.* Mox, pro ποιήσκον, est ἰποιήσκον in *Pe.* Et κακὸν οὐδὲν in *F.* pro οὐδὲν κακόν. l. 7. ὅς χρεῖμα μέγιστον) Spectavit haec *Eustath.* in *Hom.* p. 773, 6. *Wess.* — εὐός et μέγα habet ibi *Eustath.* ad *Iliad.* l. p. 681, 28. ed. Bas. scilicet spectavit locum superiorem, quem paulo ante notavi. l. 9. ὄν) οὖν *Arch.* male, et mox τῆς χώρας. *Wess.* l. 11. ἐξέλωμεν) ἐξέλωσιν *Eton. Wess.* cum *GAL.* l. 13. Παιδὸς μὲν πέρι) Accentum retraxi cum cod. *F.* Vulgo περὶ edd. ex Grammaticorum nonnullorum praecepto. l. 15. γιόγαμῖς τι) Deficit τι *Arch. Wess.* — Sic et *Pb. Pd. Pe.* l. 18. συνεξέλειν) ξυνελῖν *Arch. Wess.* — συνεξελῖν edd. ante *Schaeff.* qui ξυνεξέλειν posuit. συνεξέλειν scripsi cum cod. *F.* et sic ed. *Borh.*

CAP. XXXVII. Lin. 1. ἀποχρεωμένων) οὐκ ἀποχρεωμένων *Valla* legisse videtur, quod *H. Steph.* sine causa probat. Ego negantem in Latinis vocem erasi. *Wess.* — ἀποχρεω. ed. *Schaeff.* sed nil mutant veteres libri. l. 8. οὔτε τινα etc.) Citat *Thomas M.* in *Ἀθυμία.* *Wess.* l. 9. τίσις με) τοῖσις με omnes. *Wess.* — At τίσις με, ut recte edidit *Wess.* sic scriptum praefert *F.* nec aliud ex *Parisinis* nostris enotatum. l. 12. δόξαι) δόξοι *Arch. Wess.* l. 13. In μέθῃς consentiunt libri omnes. Unus *Schaeff.* μέτις edidit, cum eoque *Borh.* quos ut non improbo, sic sequi dubitavi, quum praesertim iterum cap. 39 extr. veteres libri omnes eandem teneant scripturam. l. 14. ποιόμενα) ποιύμενα iisdem *Schaeff.* et *Borh.* praeter necessitatem, contra librorum consensum.

CAP. XXXVIII. Lin. 2. Κροῖτος) ὁ Κροῖτος unus *Pd. Ibid. τοῖςδε) τοῖσιδε* ed. *Schaeff.* et *Borh.* invitis h. l. libris, iterumque cap. 39, 1. l. 2 seq. οὔτε δειλὴν etc.) *Thom. M.* haec exscripsit in *Παριῶν.* *Wess.* l. 4. ἴφῃ σι) ἴφῃσιν *Arch.* et mox ἀπολίσσῃ, prave. *Wess.* — Mendosum ἴφῃσιν est etiam in *F. Pa. Pb. Pc. Pd.* Unus *Pe.* recte ἴφῃ σι. In ed. *Gron.* et *Wess.* ἴφῃ σι scribitur, nec id male. ἀπολίσσῃ *F.* ut *Arch.*

L. 6. γάμον τοι) Caret τοι *F.* *L. 7.* παραλαμβανόμενα) παραβαλλόμενα *Pa.* et sic in *F.* inter lin. ab alia manu. *L. 9.* ἐμῆς σε) ἐμῆς γε *Pe.* Placeret ἐμῆς γε ζῆς σε. Mox, pro ζῆς, erat ζωῆς in edd. ante *Schaeff.* ubi notaverat *Wesseling*: „Sic (nempe ζωῆς) omnes: ζῆς alibi „mavult.“ — At ζῆς hoc ipso etiam loco dedere *F. Pa. Pc.* *Ibid.* εἰς γάρ μοι) ἡ γάρ μοι *Remig.* et ora *Steph. Wess.* — ἡ pro εἰς est etiam in *Pc.* In *Pa.* iungitur utraque vocula, εἰς ἡ, sed posterior nonnihil supra lineam adposita. *L. 10.* διεφθαρμένον τὴν ἀκοὴν) διεφθ. τῇ ἀκοῇ *Arch.* quo non indigemus. Vide *Herod.* p. 73. *Wess.* — Nostri libri nil mutant. Duo verba τὴν ἀκοὴν delenda censuere *Reiz.* et *Larch.* Tria verba suspecta mihi visa sunt, quae prorsus etiam abiecit *Schaeff.*

CAP. XXXIX. Lin. 3. τὸ δὲ) τὸν δὲ *Arch. Wess.* *L. 4.* Post ἀλλοθί σε videndum ne temere intrusa sint verba τὸ ὄνειρον. *L. 4 seq.* ἐμὶ τοι -- τὸ ὄνειρον) Novem verba desunt *F.* Pro φῆς τοι, est φῆς τοι in *Pb. Pd.* Et pro φαίνας *L. 6.* est φᾶνας in *Pc.* *Ead. L. 6.* Vocab. ὕδς *Val-la* in versione praeteriit. *Wess.* — Nil mutant graeci mss. nisi quod in *F.* a pr. manu οἶδς fuit. συνς posuisse *Borh.* supra notavi. *L. 7.* φοβίαι) Tenuit hoc *Wesseling.* e superioribus editionibus, recte; et sic *F.* a pr. manu cum aliis: nec opus erat ut in φοβίαι mutaretur, quod fecit *Reiz.* eumque secuti *Schaeff.* et *Borh.* quamquam et mss. *Pa.* et *Pb.* hoc praeferunt, et *F.* a sec. manu. conf. *Vur. Lect.* ad I. 180, 5. *L. 11.* μῖθες) Rursus μῖτες ed. *Schaeff.* et *Borh.* ut c. 37, 13.

CAP. XL. Lin. 1. Ἀμύβεται Κροῖσος) Sic *Med. Vind.* et *Arch.* in cuius ora, sed manu recentiore, τοῖσδε voci Κροῖσος adnectitur, quomodo, praeter *Paris.*, plerique alii. *Wess.* — Κροῖσος τοῖσδε edd. ante *Gron.* sic vero, e nostris mssis, unus *Pe.* ὁ Κροῖσος *Pd.*

CAP. XLI. Lin. 3. ἀχαίρι, τὴν τοι) ἀχαίριον τοι *Med. Pass.* ἀχαίρι τὴν τοι *Paris. A. C.* et *Vind. Arch.* ἀχαίριον τοι *Paris. B.* ἀχαίρι τι τοι *Aldus* et *Remig. Wess.* — ἀχαίριτι, τὴν τοι edidit idem *Wess.* idque tenuiore posteriores editores. Quod ego posui, id ipsum sic

scriptum dedere codd. *F.* et *Pa.* recte; est enim ἀχάρμ ex ἀχάρμ contractum. Nonnisi in accentu errarunt *Pb. Pc. Pd.* ἀχαρμ pro ἀχάρμ scribentes: nec procul a vero aberat *Med.* Unus noster *Pe.* prorsus mendose cum *Aldo* ἀχαρμ τί τοι. *Ib.* ἐνιδίζω) Sic *Med. Arch.* In aliis ἐνιδίζων. *Wess.* — Verum tenent *F. Pa. Pc.* In ἐνιδίζων cum editt. vett. conspirant *Pb. Pd. Pe.* *I. 4.* οἰνίστοι) Perperam οἰνίστοι *Pd.* οἰνίστοι *Pe.* *I. 6.* προποιήσαντος) προσποιήσας. *Arch. Wess. Ibid. ις σι) ις σι* ed. *Wess.* et aliae inde a *Steph.* Accentum commodius notarunt *Ald. Reiz.* etc. atque sic ms. *F.* puto et *Paris.* *I. 7.* τοῦ ἡμοῦ) Sic *Medic.* In omnibus ceteris τοῦμοῦ. *Wess.* — τοῦ μοῦ *Pa.* τοῦ μοῦ *Pe.* sed *F.* et alii cum *Med.* consentiunt. Mox χρῆζω diducta diphthongo scripsi cum *Schaeff.* et *Bork.* ex more *Herodoti.* Vulgo χρῆζω, quod quidem et ipsum poterat ferri. Tum ὀρμεαμένου h. l. dedere *F. Pa. Pc. Pd. Pe.* Vulgo ὀρμεωμένου, ne id quidem male. cf. cap. 17, 14. *I. 9.* πρὸς δὲ τοῦτο) Sic commode *F. Pa. Pc.* ut ex *Reiskii* coniect. edidit *Schaeff.* Vulgo olim πρὸς δὲ τοῦτο edd. tum πρὸς δὲ ἰς τοῦτο ed. *Reiz.* ex *Valchenarii* coniect. *I. 10.* χρεῖν ἴσσι) χρεῖν ἴσσι *F.* et sic constanter in hoc cod. χρεῖν scribitur pro vulgato χρεῖν. Eadem scriptura alibi etiam ex *Pa.* adfertur. *I. 10.* ἀπολαμπρύνει) ἀπολαμπρύνεται *Ald.* margo *Steph. Vind. Arch. Wess.* — Quod editum est, debetur *Stephano;* idque firmant *Med. F. Pa. Pc.*

CAP. XLII. Lin. 2. τωόνδε et mox τωόνδε) τωόνδε et τωόνδε ed. *Wess.* Ut ego accentus notavi, sic notantur in mss. *F. Pa.* aliisque, et in aliis editionibus omnibus. *I. 3.* αἰνός ἴσσι) Sic *Medic.* αἰνός ἴσσι vulgo omnes. *Wess.* — Atqui cum *Med.* consentiunt *F.* et *Parisini* (ni fallor) omnes. *I. 5.* ἀνίσχον) ἀνίσχον *Ald. Pass.* et *Remig.* In aliis ἀνίσχον. *Wess.* — ἀνίσχον edidit *Wess.* et seqq. cum *Aldo* et ed. *Steph.* 1. Equidem unice probavi ἀνίσχον, quod erat in *Steph.* ed. 2. et aliis ante *Wess.* Sic etiam legerat *Valla*, et sic scriptum in *F.* a pr. m. Sic ἀνέχ' ἱππους, *Iliad.* ψ. 426. Ex *Parisinis* quidem, cum ed. *Wess.* collatis, nihil enotatum est, nisi quod in *Pd.* sit ἀνίσχον, sed

ἴσχαν in ora. l. 6. σὺ σπαύδεις) Perperam σὺ σπαύδεις ed. *Ald.* quod iam olim correxit *Steph.* l. 7. ἑτοῖμος) Sic constanter *F.* ut ed. *Schaeff.* et *Borh.* Alii vulgo ἱτοῖμος. l. 8. παῖδα δὲ σὺν) τὸν σὺν *Pd.* l. 9. εἰλικ) ἔνικ *Pe.* ut cap. 30, 11.

CAP. XLIII. Lin. 1. ἦσαν) ἦσαν *Arch. Wess.* l. 2. λογάσι τε νενήσῃσι καὶ) Sic *Med.* et *Paris.* duo. Vulgo νενήσῃσι τε καὶ, et sic *Pass. Wess.* — Cum *Med.* consentiunt *F.* et *Pa. Pc. Pd.* Ante *Gron.* prave edebatur λογάσι τε νενήσῃσι τε καὶ. Ex *Pb.* et *Pe.* sicut ex *Pass.* citatur νενήσῃσι τε καὶ, quod ferri posset si abesset τε post λογάσι. l. 3. Οὐλυμπον) Οὐλυμπον *Med. Arch. Pass. Wess.* — Sic et *F. Pa. Pc. Pe.* sed Οὐλυμπον, ex *Ald.* in alias editt. derivatum, agnoscunt alii mss̄i, et invito *Mediceo* suo tenuit h. l. etiam *Gron.* quia et ante et postea sic scribit idem *Med.* cf. c. 36, 1. Mox ἔρος in οὐρος mutarunt *Schaeff.* et *Borh.* sed nil mutant veteres libri. Licuit *Herodoto* ionicas formas variare communibus. l. 4. περιστάντες αὐτὸ) αὐτῷ *Arch.* l. 5. οὗτος δὲ) Hoc ex *Med.* et *Paris.* In aliis αὐτός δὲ. *Wess.* — αὐτός δὲ habent *Pb. Pe.* Caeteri nostri verum tenent. conf. c. 45, 15. ead. l. καθαρθεῖς) Sic *Arch.* Vulgo, sed prave, καταρθεῖς. *Wess.* — Hoc, quod olim vulgabatur, a *Stephano* erat invectum. Recte καθαρθεῖς ed. *Ald.* et sic ms. *F.* et *Parisini* (quod quidem sciam) omnes. l. 6. σὺν) ὕν *Arch.* ut saepe ante. *Wess.* — Vide *Var. Lect.* in c. 36, 2. l. 8. φῆμιν) φῆμιν *Arch. Wess.* — Scripturam a *Wess.* in *Notis* commendatam adoptavit *Schaeff.* l. 9. τῷ κροίσῳ) Sic *Pass.* et alii omnes. In *Medic.* deficit articulus. *Wess.* — Deficit etiam in *F.* l. 11. ἐσήμενί οἱ) Ex *Medic.* et *Paris.* duobus. Vulgo ἐσήμενί οἱ. *Wess.* — Hoc posterius ex uno nostro *Pe.* enotatum est: prorsus vero mendose ἐσήμενι scriptum in *F.*

CAP. XLIV. Lin. 3. περιημεκτίων) ἡμεκτίων *Lex. Herod. Wess.* — Sic et *Suid.* in voce Ἡμεκτίων. Vide vero *Wesselingii* *Notas* ad *Lexic. Herod.* Mox, pro δι, est τε in *Pe.* l. 6. Ἐπίστιον) Ἐπίστιον *Pe.* et mox iterum. l. 7. διότι) Sic *Med. Vind. Arch.* margo *Steph.* et *Paris.* Vulgo ὅτι. *Wess.* — ὅτι e nostris unus habet

Pe. Ibid. οἰκίσαι) οἰκίσιν *Vind.* et *Arch.* qui et ἀποδιδέμενος, ut in *Stephani* ora. *Wess.* — οἰκίσιν unus noster *Pe.* ἀποδίδει. *Pb. Pd.* l. 9 seq. αὐτὸν, εὐρήκοι) *Sic Medic. Vind. Arch. Paris.* duo, cum *Steph.* ora. In *Pass.* et aliis, αὐτῷ, εὐρήκοι. *Wess.* — Cum *Med.* consentit *F.* sed αὐτῷ habent *Pa. Pc. Pd. Pe.* tum εὐρήκοι *Pc. Pd. Pe.*

CAP. XLV. Lin. 2. τὸν νεκρὸν) νεκρὸν sine articulo *Arch. Wess.* — Sic et *Pa. Pc.* *Ead. l.* ὁπότε scripsi cum *F. Pa. Pb. Pc. Pd.* Vulgo ὁπότε. *Ibid.* δι' ἐκαστοῦ οἱ) δι' αἱ ἐκαστο *Pc.* l. 6. καθήρανtra ex *Medic.* καθάρανtra *Pass.* et ceteri. *Wess.* — καθαρ. unus noster *Pe.* καθήρανtra (absque iota vel subscripto vel adscripto) *F.* et *Pa.* et sic rursus καθήραντρος iidem aliquanto post. l. 7. ἀνούσας) ἀνούων margo *Steph.* et *Medic.* ἀνούσας *Pass.* et reliqui, quod restitui. *Wess.* — ἀνούων *F.* ut *Med.* l. 8. κατοικτιζέι) κατοικτιζέι *Pe.* *Ibid.* οἰκίσιν) οἰκίσιν *F.* l. 10. εἰωυτοῦ) σὺ εἰωυτοῦ *Arch.* tum idem τοῦ κακοῦ τοῦτον αἴτιος. Habet haec *Hermogenes*, *Methodi* cap. 32. et illustrat ex *Hom. Il. γ'. 164.* nonnihil mutata. Praeterea in *Arch.* ἐξεργάσας. *Wess.* — ἐξεργάσας cum *Arch.* habet *Pe.* ἐξεργάσας *Pd.* l. 14. μὲν νυν) μὲν νυν *Arch.* *Ibid.* οἰκός) οἰκός *Pass.* et alii omnes. οἰκός *Med. Wess.* — Poterat οἰκός teneri, quod ex *Medic.* adsciverat *Gron.* cum quo consentit *F.* Sed οἰκός e superioribus editt. revocavit *Wess.* Ex collatis vero inter se duabus scripturis quas praeferunt libri, probabile mihi factum est, οἰκός hic, ut alibi, scripsisse Herodotum; itaque tenui hoc quod iam dederat *Reizius* eumque secuti *Schaeff.* et *Borh.* *Ibid.* τὸν εἰωυτοῦ) θάψαι τὸν εἰωυτοῦ *Arch. Vind.* l. 15. ὁ Γορδίου etc.) Haec usque ad εἰωυτὸν ἐπιματῶσ. desunt *Arch. Vind.* In prioris tamen margine addita sunt. *Wess.* l. 17. περὶ τὸ σῆμα) *Sic Medic.* et *Paris.* unus. περὶ τὸ σῆμα alii. *Wess.* — Cum *Med.* faciunt *F. Pa. Pc.* l. 19. ἥνδε) *Sic Med.* cum *Paris.* et *Arch.* ἥδε *Stephani* margo. Vulgo ἥδε et sic *Pass.* *Wess.* — ἥνδε tenent *F. Pa. Pb. Pc.* ἥνδε *Pd.* αὐτὸς ἥδε *Pe.* *Ibid.* εἰωυ. ἐπιματῶσ.) ἐπιματῶσ φάσκει τῷ τύμβῳ εἰωυτὸν. *F.* percommodā verborum structurā. l. 20 seq. ἐν πίνθι etc.) In *Arch.* et *Vind.* ἐν-

42 VARIETAS LECTIONIS

21, neglectis quinque sequentibus. Wess. l. 21. κατῆστο) Vulgo καθῆστο, quam scripturam h. l. tenet etiam noster codex *F.* quem unum meis oculis usurpare licuit; nec ex alio codice diversam prolatam video scripturam. Sed quoniam III. 83. κατῆστο praefert idem noster codex, scripturam hanc Herodoteo mori conscriptaneam (quae fortasse observationem praeteriit eorum qui alios codices excusserunt) etiam h. l. cum *Schaefero* adoptavi.

CAP. XLVI. Lin. 1. Ἀστυάγος) Ἀστυάγῳ *Arch.* Wess. — Ascitum hoc in ed. *Schaeferi*. Praecedens articulus ; deest *Pc.* *Ibid.* καταρθεύειν) Perperam καθίρει. *Pa.* l. 3. In Περίων consentit *F.* sed Περίων *Pa. Pb. Pc. Pe.* l. 5. πρὶν μεγάλως γινέσθαι) πρὶν μεγάλως αὐξήσθαι *Remig.* et margo *Steph.* Wess. — Ex *Pc.* notatur tantum αὐξήσθαι, pro γινέσθαι. *Ib.* καταλαβὴν) Sic *Med. Arch. Paris.* Alii καταβαλὴν. Wess. — Rectam scripturam tunc libri nostri omnes. l. 7. αὐτίκα deest *Pc.* l. 8. τοῦ ἐν Λιβύῃ) τῶν ἐν Λιβ. *Remig.* et *Steph.* ora. Wess. — Habet hoc et *F.* a sec. m. sed a prima recte τοῦ. l. 9. ἐς Δαδοῖς) In *Arch.* ἐν Δαδοῖσι. *Vind.* ἐν Δαδοῖσι. Ambo vero omittunt omnia, quae succedunt, usque in cap. 53. *Ibi* ἐς Ἄβας τὰς Φονίων) ἐς Σάβας τῶν Φονίων *Aldus.* Vide *Paull. Leopardum* Emend. VI. 22. τῶν Φονίων in *Paris. C.* Vulgatum est e *Medic.* Wess. — Mendosum Σάβας est etiam in *Pd. Pc.* Ἄβας correxit *Steph.* in ed. 2. De τῶν Φον. pro τὰς nihil e nostris *Paris.* enotatum. In *F.* nunc est τὰς, sed olim fuisse videtur τῶν. l. 11. Ἀμφιάριον) Ἀμφιάριον *F.* Ἀμφιάριον *Pc.* et sic *Ald.* quod correxit *Steph.* l. 14. ἀπὸ τετραλῆ) Sic *Ald. Pass.* et *Paris.* omnes. ἀπὸ τετραλῆ *Med.* Wess. — Cum *Med.* facit *F.* l. 15. πυρρῶμος *Ald. Pass.* et *Paris. B.* In *Med.* πυρρῶματος sine causa. Wess. — Cum *Med.* rursus facit *F.* sed vulgatum tenent *Paris.* omnes. l. 16. ἀληθῆν ex ed. *Ald.* derivatum est, nec aliud ex aliis libris adfertur; nostri vero *Paris.* omnes et *F.* in ἀληθῆν consentiunt. l. 17. ἡ ἐπὶ χειρὶς tenent libri omnes, nec in ἐπὶ χειρὶς mutari necesse est; ut visum *Schaefero* ad Bosii Ellips. p. 754. conf. c. 53., 4. et 11.

CAP. XLVII. Lin. 1. ἀπείσιμι) ἀπείμι F. l. 4. (ἐκαστος) ἐκαστος τῇ *Ald. Med. Pass. Paris. C.* In duobus aliis ἐκαστον τῇ, ut vulgo. Wess. — ἐκαστον τῇ primus posuit *Steph.* et sic *Pa. Pc.* ἐκαστος τῇ *F. Pb. Re. Ex. Pd.* nil enotatum in excerptis. l. 5. ἐκαστῶντας) Plerique cum *Aldo* ἐκαστῶντας. *Medic.* ἐκαστῶντας. *Malim* ἐκαστῶντας, quod habet *Pass.* et mox ἐκαστῶν. Vide III. 62. IV. 156. *Mediceus* sibi non constat, neque alii perpetuo. Wess. — Quod malle se ait *Wesselingius*, id ipsum in contextu eius positum est, et a *Reizio* aliisque servatum, idque ipsum tueri videntur *Parisini* codd. e quibus quidem nil h. l. notatum in excerptis. Codex *F.* vero cum *Med.* consentit; sed inter lineas ab alia manu indicatur scriptura ἐκαστῶντας, similiterque paulo ante super ἡμερολογιόντας indicatur terminatio τις pro τας. *Ibid.* τυγχάνοι *Medic.* τυγχάνει *Ald. Wess.* — τυγχάνει ex uno nostro *Pc.* enotatum. τυγχάνοι tenet *F.* cum aliis, et est hoc Herodoti stylo convenientius. l. 9. ἰθίσισι) Ita *Med.* διτισισι vulgo. Wess. — Cum *Med.* consentiunt *F. Pa. Pc.* διτισι e superioribus verbis hic repetitum habet *Pb.* διτιση *Pd.* διτισι *Pe.* l. 10. ἰσῆλλον) ἥλλον *F.* a pr. m. l. 11. ἐκαστῶντας) Sic *Pass.* ἐκαστῶν *Ald. Paris. C.* ἐκαστῶν *Medic.* Wess. — Cum *Med.* facit. *F.* Ex *Paris.* nostris nulla a *Wesselingii* exemplo dissensio notata. l. 14. φωνεῶντος) λαλέοντος scribunt grammatici, oraculum hoc citantes. l. 15. Ὀδμή μ' ἐς) Ὀδμή δ' ἐς *Pass. Wess.* *Ibid.* κραταιρήνους) Sic *Med. Remig. Paris.* In *Pass.* κραταιρήνους. In *Aldo* vitio frequenti κραταιρήνους. Vulgo κραταιρήνους. Citatur oraculum a veterum pluribus, sed varie; *Aristide* T. II. p. 377. ed. Iebb, *Eusebio* Praepar. Evang. V. 34. *Suida* in Κροῖσος, etc. Wess. — Scriptura ante *Gron.* vulgata debetur *Stephano*, qui *Aldinam* in marginem relegavit, quam tenent *Pb. Pd. Pe.* Reliqui nostri verum tuentur. l. 16. κρίσις) Sic *F.* et *Pc.* Vulgo κρίσιν, quod ipsum quidem in hexametrico carmine poterat teneri. l. 17. ἐπίσταται) Sic in penultimâ, ut edidit *Reizius*, signant accentum ed. *Ald.* et mss. *F. Pa. Pb. Pc. Pd. Pe.* ἐπίσταται praefert *Schaefer*, et aliae omnes editt. inde a *Steph.*

CAP. XLVIII. Lin. 2. ἄλλοι) Sic plane scribitur hoc vocab. in *Pa.* et *Pc.* In *F.* a pr. m. fuit ἄλλοι, in quo nescio quid mutatum voluit alia manus. ἄλλοι edd. ante *Wess.* ἄλλοι ed *Wess.* casu magis, puto, quam editoris consilio, a quo nil adnotatum. ἄλλοι ed. *Schaeff.* οἱ ἄλλοι *Pd. Pe.* Ex *Pb.* qui (sicut caeteri Parisini nostri) cum ed. *Wess.* collatus est, nil adnotatum in excerptis. Mox pro περιπιμῶ. perperam παραπιμῶ. *Pd.* l. 4. ἐνθαῦτα) ἐνθαῦτα *Pe.* Idemque mox ἐπὶ πῶτα, pro ἐπὶ ῥα. l. 6. προσνύχτο) προσνύχτο *Pb. Pd.* l. 10. ἐμνηχνήτατο) Sic *Pass. Paris.* duo et *Aldus* cum vulgatis. [scil. cum vulgatis ante *Gron.*] ἐμνηχανᾶτο *Med. Wess.* — Cum *Med.* facit *F.* l. 11. seq. χιλῶνη καὶ ἀρα etc.) Saepe haec *Lucianus* perstringit, *Iov. Conf.* c. 14. *Iov. Tragoed.* c. 3. *Bis Accus.* c. 1. atque alibi. *Wess.* l. 13. ἐπιθίς) ἐνθίς *Pd.*

CAP. XLIX. Lin. 3. In ἀπόκρισιν consentiunt libri. ὑπόκρισιν ed. *Schaeff.* quo alibi utitur Noster; qui tamen nec istud repudiat. cf. lib. V. c. 50. *Ibid.* εἰπαι) εἰπῆν vulgo plerique omnes: ionicam vero verbi formam, quam cum *Schaeff.* praetuli, servavit ms. *Pe.* in quo vitiose quidem εἰπας h. l. scriptum; sed εἰπαι illum debuisse quum per se probabile erat, tum ex eiusdem codicis scriptura cap. 57, 1. adparet. *conf.* c. 72, 5. III. 116, 4. etc. l. 5. οὐ γὰρ ὡς οὐδὲ τοῦτο λέγεται ἄλλο γι) Suspensus eram οὐδ' ἄλλο γι, sed nil variant libri. Unus *Pd.* omissis verbis ἄλλο γι sic habet, οὐ γὰρ ὡς δὲ τοῦτο λέγεται ἢ ὅτι etc. Mox vero, pro τοῦτο ἐνόμισε, praeferrunt τοῦτον ἐνόμισε *F. Pa. Pb. Pc. Pd.* scil. τὸν Ἀμφιδάμον. l. 6. ἐκτῆται) Sic *Ald. Paris C.* [scil. noster *Pb.*] et alii. κεντῆται *Med. Wess.* — Cum *Med.* faciunt *Pa. Pc.* et *F.*

CAP. L. Lin. 4. κιδῶνας) Ionica vocabuli forma commode ex *Ald.* propagata: et tenet eam *Med.* certe non mutavit *Gron.* nec ex aliis libris aliud protulit *Wess.* Sed χιτῶνα praeferunt sex nostri mssii. Mox vero, pro vulgato νήσας, νηῖσας scripsi, quod ex uno quidem *Remig.* protulerat *Wess.* sed firmavit noster *F.* Similiter alii infra, lib. II. c. 17. l. 6. μάλλον τι) Caret τι *Pe.* *Ibid.* ἀνακτισσῆται) Sic *Med. Remig.* ἀνα-

